

**IURIS RESPONSUM
D.D. IOANNIS ARIAS
MALDONATI A
CONSLIJS REGIS
CATHOL., ...**

Juan Arias Maldonado, Serafino :
da#Gesù Maria



122

1256.43

E. 245. Google

Ex libris dicitur B. Joannis Arias de Maldonato
vij. fr. p. m. d. 16. 16. A
I V R I S

R E S P O N S V M

D.D. JOANNIS ARIAS
MALDONATI

A C O N S I L I I S R E G I S C A T H O L .

Mediolani Senatoris,



Ac in eadem Mediolanensi
Prouintia,

Tum Militaris Iustitiae Generalis Praefecti,
cum etiam redditus Domiciae Annatae Re-
gij Commissarij, Regiaeq; Visitationis
Iudicis exequitoris.

In quo soluitur ardua controversia, an scilicet urgente
ecessitate, Ecclesiastici teneantur ex bonis tem-
poralibus Republic. iuuare.

A.D. 16. 16. 6



24 C 6

1. What is the United States of America?

2. What is the United States of America government?

3. What is the United States of America leader?

NAME

4. What is the United States of America level of government?

5. What is the United States of America level of government?

6. What is the United States of America level of government?

7. What is the United States of America level of government?

8. What is the United States of America level of government?

9. What is the United States of America level of government?

10. What is the United States of America level of government?

11. What is the United States of America level of government?

12. What is the United States of America level of government?

13. What is the United States of America level of government?

14. What is the United States of America level of government?

IACOBVS VALERIVS I. C.³

Ecclesiastico Lectori.



Abes, Amicè Lector, in ardua, ac
perdificili controuersia, erutum ex
benè cognito legum Diuinarum
pœnù veritatis exemplar, æquo
quidem iure est resoluta quæstio,
si facto meliore comprobabitur; Hostilium ar-
morum fulgetra, nostræ Patriæ belli mala por-
tendentia, animos stimulant, & in arma vocant,
ergò per tela, per hostes, pro Patria pugnâdum,
Tu verò, cui liberalitas Catholici Regis nostri,
in ipso ingruentiū malorum cumulo, beata hæc
otia fecit tuo fælici otio vtare? perlege? & fa-
cto approba? & qui in communi bonorum vber-
tate aleris, inq; ipso tranquillo Patriæ sinù fo-
ueris, in communi malorum necessitate, te gra-
tum tuamq; quam profiteris, pietatē proferas,
viriliter agas, Et sponte tuis Amicè mutueris,
nè fortasse exteris hostibus per vim effundere
cogaris. Id statuunt Diuina, ac humana iura,
Patria ex debito postulat. Ratio ipsa suadet,
cogit necessitas communis. In communiero
indigentia, iusta, ac necessaria liberalitate
vtare? Valè.

32 SKYLINE

BY JAMES R. COOPER

It was a bright, clear day in the month of June, and the sun shone brightly upon the city of New York. The streets were crowded with people, and the air was filled with the sound of voices and the hum of traffic. In the distance, the Hudson River could be seen flowing through the city, its banks lined with trees and buildings. The sky above was a clear, pale blue, with a few wispy clouds scattered across it. In the foreground, a man in a suit and tie was walking down the street, looking around him. He was carrying a briefcase in his hand. Behind him, a woman in a dress was also walking, her head down as if she was lost in thought. They were both moving in the same direction, towards the right side of the frame. The overall atmosphere of the scene is one of a typical day in a busy city.

Quidquid improbauerit Sancta Ma-
ter Ecclesia, improbum estò, nam
secundum eius mentem me
sentire corde, & ore
profiteor.

I N D E X.

- 1 **P**rincipatus temporalis ratio.
- 2 **P**rincipatus temporalis à Deo ratione pro-
batur.
- 3 **P**rincipum auctoritas non à iure gentium contra
I.C.
- 4 **P**riceps suos tenetur defendere.
- 5 **P**rincipatus temporalis antiquior.
- 6 **P**rincipatus temporalis nulli alijs temporali potes-
tatis subiçitur.
- 7 **P**otestas Ecclesiastica, & ciuilis suos habent fi-
nes diuersos.
- 8 **P**otestas spiritualis sublimior.
- 9 **P**otestas Ecclesiastica in spiritualibus, non in
temporalibus consistit.
- 10 C. per venerabilem, qui filij sint legiūmio expen-
ditur.
- 11 **P**otestatum confusio vivanda.

12 Ec-

- 12 Ecclesiastici regimini temporalis subsunt.
- 13 Potestas Ecclesiastica temporalis potestatem in subsidium exercet.
- 14 Republica temporalis potest se tueri contra quemcunq;
- 15 Princeps iniurios Ecclesiasticos, è finibus ejuscere potest.
- 16 Principes Ecclesiasticos varijs modis multare.
- 17 Reges Hispaniae cum Ecclesiasticis minius agunt.
- 18 Ecclesiasticos iniuriam inferentes, quatenus repellere, vel occidere licet.
- 19 Potestati Ecclesiasticae in secularem aliquid licet,
¶ è contra.
- 20 Ecclesiastici necessitate exigente contribuere tenentur.
- 21 Ecclesiasticines, socij, ¶ potior pars Resipub.
- 22 Ecclesiastici iuramento fidelitatis prestant.
- 23 Ecclesiastici vocati à Principe comparere tenentur.
- 24 Pars ad conseruatione totius concurrere tenetur.
- 25 Temporalis potestas absq; ope Ecclesiastica destrueretur.
- 26 Comoda, qui percipit, sustinet incommoda.
- 27 Societas Leonina, quæ
- 28 Necessitate urgente omnia communia.
- 29 Alienā occupare, quando licet
- 30 Necessaria iusta.
- 31 Necessitas ipsa lex.

32 Ne-

- 32 Necessitas humana, & diuina precepta frangit.
- 33 Necessitas lege caret.
- 34 Necessitas fragilitatis humanæ patrocinium.
- 35 Necessitate Dij parent.
- 36 Ecclesiastici ad onera, quæ propriam utilitatem respiciunt, tenentur.
- 37 Leges ciuiles non repugnantes iuri canonico seruande.
- 38 Ecclesiastici pro defensione Ciuitatis vigilias agere tenentur.
- 39 Ecclesiastici sicuti laici necessitate virginie vigilare debent.
- 40 Pontifices personaliter defensioni Ciuitatum afflunt.
- 41 Personalia onera, qui tribuit, longè magis realia tenetur tribuere.
- 42 Patriam defendere pium opus.
- 43 Impossibilia censentur, quæ pietatem ledunt.
- 44 Ecclesiasticorum bona à liberalitate Principis, vel populi procedunt, & sequent.
- 45 Temporalia bona venenum spiritualibus.
- 46 Donatarius tenetur donanti succurrere.
- 47 Imperij postulatio à Sum. Pontific. Adriano.
- 48 Sacra humanis dñibus destinantur.
- 49 Sacris diebus operari ex causa licet.
- 50 Princeps vasa sacra ex causa capere potest.
- 51 Ecclesiae ex causa incastellaniur.

- 52 Belli necessitate ergoie sacrae vacationes sublate.
- 53 Belli impetus sacra profanantur.
- 54 Sacrorum r̄sus, iustior apud conciues, quam
apud hostes, &c. 56
- 55 Reipub. detrimentum ad Ecclesiasticos spectat.
- 57 Durum est laedi non inuari suis rebus.
- 58 Gallorum famosum sacrilegium.
- 59 Principi competit ius se defendendi contra Eccle-
siasticos.
- 60 Tributa iusta denegans, perduelis est.
- 61 Ecclesiastici ex debito iusticie conferre debent in
casu necessitatis.
- 62 C. non minus, C. aduersus de immunis. Eccle-
siar. interpretantur.
- 63 Immunitas Ecclesiasticorum bonorum iure hu-
mano concessa, &c. 66
- 64 Ecclesiastici à censu, non à tribuo immunes.
- 65 C. quāquam de censibus interpretatur.
- 67 Defensio à iure naturali primaevo procedit.
- 68 Naturalia iura immutabilia.
- 69 Ecclesiasticorum bonorum immunitas iure di-
nitio concessa.
- 70 Lex fortior in concurso vincit.
- 71 Seruitus secundum naturam est.
- 72 Immunitas Ecclesiastica personarum, locorum,
& rerum cessat in pluribus casibus.
- 73 Publica utilitas priuilegio Ecclesiasticorum præfer-
etur.

- 74 *Ius naturale dupliciter accipitur.*
 75 *Præcepta propriæ naturalia immutabilia.*
 76 *Præcepta propriæ naturalia admittunt declaracionem.*
 77 *Præcepta naturalia secundum quid admittunt epijkiam.*
 78 *Lex, & priuilegia rebusstantibus vigent.*
 79 *Causa superueniens mutat dispositionem legum*
 80 *Publicum bonum melius priuato.*
 81 *Ecclesiasticos tenueri ad contributionem in casu necessitatis à sacris canonibus definitum,* &
 num. 83.
 82 *Auctoritate DD. comprobatur conclusio,* & 84,
 85, 86, 87.
 88 *Ex sacris litteris exempla.*
 89 *Exempla Greca, Romana, & Egypcia.*
 90 *Exempla Italica.*
 91 *Exempla Gallica, & de Bulla Bonifati^y VII.*
 92 *Exempla Hispanica.*
 93 *Exemplum Anglicanum.*



A

An

An ex bonis temporalibus Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum Republica indigens iuuanda sit septenno post Gallorum irruptionem in Mediolani Ducatu.



Redua est hæc questio, quia de potestate temporali Principum Ecclesiæ, & Orbis agitur; de qua plura per assentationem ad nutum Regnantiū aliqui scripserunt; mens nostra est, non quæ præsentí causa inferuant, scribere, sed quæ veritatis, & iustitiae fundamentis intuncur inqagare.

In primis quædam sommatim de potestate Principum proponuntur...

Secundò, questio principalis firmatur.

Tertiò, an, & quando Sum. Pont., vel Prælatorum requiratur consultatio.

Quartò, quid agendum si Ecclesiastici humiliter petitum assensum denegent.

Quintò, ad quem spectet utilitatis, vel necessitatis declaratio, & quomodo probetur.

Sextò,

b. Sexto, super quibus bonis, quomodo, & per quem collatio sit distribuenda, & exigenda.

I. Ad primum Hominum cætus quos ciuitates appellamus, ex quibus Provinciæ, & Regna constant, & in quibus potestas Ecclesiastica, & ciuilis consistit, & exercetur, non arte, vel arbitrio, sed natura preciæ, & necessariò coalueret, & cum à natura ipsa proueniant, & naturalia firma, & immutabilia sint, consequens est ciuitates necessariò existere, adeo ut nulla vi, vel lege, nec orbis totius consensu prohiberi, aut tolli possint, & pari ratione, qua ipsæ prohiberi non possunt, nec instrumenta necessaria ad ipsarum conseruationem, & incolumentem, & quia congregations istæ, scù societas hominum ex individuis componuntur, ad eas conseruandas necessaria est vis quædam vnitiva, & prouidentia, scù vniuersalis potestas, nam si omnes æquales essent, & pro libertatisquisq; viueret, vt Cyclopes Getuli, vel Aborigines, in varia studia Ciuitas distraherentur, omne enim Regnum in se diuisum desolabitur; & vbi non est Gubernator dissipabitur populus, pari ratione, qua corpus naturale conseruari non potest, nisi adesset vis vniuersalis, & suprema, quæ omnia membra vnitim viuiscat, & ad usus suos subordinat; corpus

- misticum Reipub. interiret, siveius membræ ad communem bonum vuniformiter non concurre-rent assentiendo vi illi vnitiuæ, & ordinatrici, pñnes quam publica potestas residet, & à qua legum vitales spiritus dimanat, ex quo D. Au-gustinus ait generale pactum esse societatis hu-manæ Regibus obedire, quæ cum iure natura-rali necessario constituta sit, & ius naturale à Deo supremo Conditore procedat, manife-stum est, hanc publicam potestatem, sine qua Respublica constare non potest, non esse arbi-trarium hominum inuentum, iurisue positivi, sed Dei munus, hinc Paulus 13. ad Rom. ait, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit : ~~et~~ illud non est potestas nisi à Deo ; Salomon. sap. 6. &
- 2 proverb. 8. 16. 25. per me Reges regnant, & Chri-stus . non haberes potestatem in me ullam , nisi desu-per tibi data esset, l. pri. C. de vet. iur. enucle. Auth. quomodo opporteat, §. testatur, Aut. de nō alien-and. reb. Eccles. §. sanctimus. Idq; apertissimè etiam probatur, nam iure diuino homicidiū pro-hibetur, quia ad imaginem Dei factus est homo, & imago Divinæ Omnipotentiæ non debet violari, sed tanquam exemplar, æternitatis coli, & reuereri, sed auctoritas occidendi resi-det pñnes publicam potestatem , maleficos ne patiaris vivere ; ergò publica potestas est à Deo, qui

qui solus naturali legi derogare potest, cum priuatis non liceat hominem quantumuis criminosum occidere, vtterius leges Principis obligant subditos in conscientia sub pæna peccati, subditi estote, non solum propter iram, sed propter conscientiam, & ibi, qui autem resistunt ipse sibi damnationem adquirunt. Et hæc potestas est sublimior humana, ergo eius exercitium à Deo promanat.

Ex quibus constat hæc esse prima Regnum elementa, Populum, Principem, & leges, eorumq; origo.

- 3 Secundò, contra Iurisconsultos in l. ex hoc iure de iust. & iur. vbi Hermogenianus ait, ex iure gentium regna condita, Reges non esse ministros Reipub., sed Dei, & ab eo eis commissam, & concessam facultatem, & potestatem gubernandi, non à populo, à quo solum designatur persona, vel personæ, vel designata aliquo actu esterno recognoscitur, ut in electione Saul. clamauit omnis populus vivat Rex. Reg. pri. c. 8. 10. Abimelech. Iudicum 9. exod. c. 17. & 18. Deuteronom. 17. ex quo definita fuit illa quaestio, an Christiani, qui ex officio tormenta exercent, aut sententias capitales ferunt, peccent, & Innocentius Sum. Pont. epist. 3. ad Exuperium Tholosanum Episcopum c. 3. responderet; meminim-

rant

rari potestates has , a Deo fuisse concessas , & propter vindictam noxiiorum gladium fuisse permissum , & Dei esse ministrum vindicem in id datum ; quoniam igitur reprehenderent factum , quod auctores Deo viderent esse concessum ? de his ergo , & hactenus seruatum est , si habeamus , ne aut disciplinam cuiri , aut contra auctoritatem Domini venire videamur ; Ipsi autem in reddenda ratione gestae sua omnia seruabuntur , c. quæstum 45. 23. qu. 4.

Quod & profanis auctoribus non latuit . Tacitus , Principi summum rerum arbitrium Dij dedere , subditis obsequi gloria relicta est ; & idem tenetur subditos , sibi a Deo commissos seruare , & defendere ; c. igitur ubi glas. verbo , & egressi , que ccmprobant exemplis Diui Pauli Moysis , & Maximini Episcopi 23. qu. 8. c. Regum 23. qu. 5. c. Maximinus 23. qu. 3. c. illud 10. qu. 3. Auth. de Quætoribus in princ. Lucas de Pena in l. coloni. C. de agricol. & censit. lib. 11. Carolus de Graf. de Reg. Fraciæ lib. 2. l. ur. 7. Couaru. prac. c. 35. nu. 3. Menchaca lib. pri. controuersi. c. 41. nu. 26. Afflict. decis. 24. nouela 148. de indulgentia publicorum reliquo , est Pastor subditorum Ezechias c. 37. Plato de Regno lib. 16. & Tutor. Seneca de Clementia c. 4. & sponsus Reipublicæ Petrus Gregorius lib. 3. Syntag. c. 3. Pater communis , Lucas de Pena in l. quicunq;

cung; C. de omni agro desert. lib. 11. Parentem generis humani appellat Symacus Epistol. 36. lib. 20. Castellanus de officio. Regis c. 20. Menoch. 1. instit. Politic. c. 9. ubi dicit, Principem esse fundamentum, & murum Reipub., Suarez. lib. 4. aduersus Regem Angl. c. 34. ibi. sicut unusquisq; homo ius habet vim vi repellendi, non solum quando fit tali corpori, sed etiam cuilibet membro fiat, ita Respublica habet potestatem, ad propulsandam vim, cuicumq; membro suo factam, & cum Respub. transfalerit potestatem, in Principem, Defensio hoc Regibus specialiter commendata est, Hieronymus Hierem. 22. Isidorus 3. sent. c. 53.

Ex quibus principijs plures graues, & practicæ questiones desciuntur à Sanctis Patribus, de quibus agere non est praesentis inspectionis.

5 Tertio, inferitur antiquiore potestatem esse temporalem, quia erat ante claves Ecclesiæ, & ante aduentum D.N. Iesu Christi erant Principes veri Domini temporales; Miranda de ordin. Iud. pri. par. quæst. 2. artic. 2. num. 12. Victoria in relect. ciuil.

6 Quartò, potestatem temporalem nulli alij subiici potestati temporali; quia est perfecta, & integra, & si subiiceretur alteri extra se non esset integra, nec sibi sufficiens, imò imperfcta,

&ta, & monstruosa; discretæ sunt in Repub.
 potestates, & alij sunt termini Regni alij sacer-
 7 dotij, vt ait D. Chrisostomus homel. 4. de ver-
 bis Isaiæ ; scripsere Nicolaus Sum.Pont. ad Im-
 peratorem Michaelem, & Gelasius Anastasio c.
 cum ad verum 6.c.duo. 10.distin.96.c. quoniam
 8. distin. 10. Ideò Alexander Tertius, Londo-
 niensi, & Vigoriensi Episcopis rescripsit. Nol-
 le Regi Anglorum de iure suo de trahere, ad quos,
 & non ad Ecclesiam spectat de possessionibus Iudi-
 care c. 4. concilij Later. part. 33. c. causam 7. &
 Innocentius Terrius in c. per venerabilem 13. qui fi-
 lij sunt legit. ibi cum Rex superiorem in temporalibus
 minimè recognoscatur, sine iuris alterius laſſone, in eo
 se Iurisdictioni nostræ subiacere potuit. Idem In-
 nocentius Duci Carinthiæ, dum disceptabatur
 de electione Othonis, & Philippi in Impera-
 torem; idem rescripsit, c. venerabilem 34. de
 election. & orta controuersia inter Reges Fran-
 ciæ, & Angliæ, Prælatis Franciæ manifestum
 fecit. Nolle perturbare, aut minuere Regiam Iu-
 risdictionem, nec intendere iudicare de feudo, cu-
 ius cognitio ad Pontificem non pertinet, c. nouit 13.
 ubi gloſ. Verbo Iurisdictionem nostram de iuditijſ.
 8. Potestates, & ordines distinguntur ex fine;
 Finis vero potestatis Ecclesiasticæ est præstan-
 tior, quia spiritualis, & adeò spiritualis, vt
 absq;

absq; aliqua potestate temporali sit Sum. Pontifex, qui summam habet potestatem Ecclesiasticam, vt in principio nascentis Ecclesiae, vsq; nunc, & perpetuo, Pontificia Potestas est intra Ecclesiam; De his quæ foris sunt nihil ad eum; Paulò teste 1.ad Corinth. 5. Idq; in lege veteri seruatum fuit, nam sacerdotes Israelitæ non habuerunt temporalem Dominatum, sed Principes temporales, pro vt, & post Christi aduentum inter fideles, & infideles ipso dicente;

Scitis quia Principes genium dominantur eorum, qui Maiores sunt, Potestatem exercent inter eos, non ita erit inter vos; filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare redemptionem pro multis Mathei 20. Luce 22. super quibus verbis Diuus Bernardus lib. 2. de consideratione ad Eugenium ait; quid tibi aliud dimisit Sanctus Apostolus? quod autem inquit habeo, hoc tibi do. quid illud? Unum scio non est aurum, nec argentum; esto ut alia quacunq; ratione hoc tibi vindices, sed non Apostolicu iure, nec enim ille tibi dare, quod non habuit potuit, quod habuit deducit sollicitudinem super Ecclesias; nunquid dominacionem mundi? ipsum audi: nec dominantes (inquit) in clero, sed forma facti gregis: sed ne forte putas sola humilitate dictum non etiam in veritate; *Dox Domini est in Euangelio, Principez*

pes gentium dominantur eorum, planè Apostolis
 interdicitur Dominatus; quomodo tñ, & ubi sur-
 pare audes? aut dominans Apostolatum, aut
 Apostolis Dominatum, planè ab alterutro prohibi-
 beris, si virumq; simul habere doles; perdes viruq;
 alioquin non te excepimus illorum numero pures,
 ipsi regnauerunt, & non ex me Principes extine-
 runt, & non cognoui, forma Apostolica hæc est,
 dominatio interdicitur, indicitur ministratio, &
 hoc est quod ait Diuus Augustinus tract. 6. ad
 c. pri. Ioannis; per iura Regum possidentur pos-
 sessiones c. quo iure distinct. 8. & Urbanus Sum.
 Pontifex exteriora Ecclesiæ appellat bona
 temporalia c. tributum 22. distinct. Hinc ob-
 seruo Prudentissimum Innocentium Tertium In
 c. per venerabilem qui filij sint legit. his vsum
 fuisse verbis: *Romani Ponifices inter homines su-*
periorem alium non recognoscunt, & loquendo de
Rege: superiorem in temporalibus minimè recogno-
 sci, esset enim inconueniens plures Principa-
 tus, seù potestates ad eumdem finem habere,
 secus si ad diuersos, vnum fecit natura advnum,
 ex Aristot. Metaphis. 12. Hinc Imperator Iu-
 stinianus Archelao Propræsidi rescripsit abfur-
 dum est si promiscuis actibus rerum turbentur offi-
 cia, & alij creditum aliis subtrahas, & præcipue
 clericis, quibus opprobrium est, si perius se velint
 esse

esse disceptationum forensum, l. consilia Diuinalia
 23. c. de testamento, quod ante Imperatorum
 Imperatore dixit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ
 sunt Dei Deo, & sicut potestas temporalis non
 pertinet, nec dependet ab Ecclesiastica, sic nec
 actus potestatis, qui sine ipsa potestate exerce-
 ti non potest, prout est legis ciuilis, etiam vi-
 12 uentis, rogatio, vel abrogatio, ideo Ecclesi-
 astici tenentur obedire legibus ciuilibus, in his,
 quæ ad regimen, & administrationem Status
 temporalis pertinent, & non impediunt Ec-
 clesiasticam administrationem, & faciendo cō-
 tra legem peccant; nam & si Ecclesiastici sint
 Ecclesiæ Ministri, sunt homines, & Ciues eius-
 dem Ciuitatis; Romanum se esse ciuem D. Pau-
 lus asseruit, & Ciuitatis priuilegio frui voluit,
 actor. 22.26. & 16. 37. c. si in adiutorium 7. di-
 stinct. 10. Et si essent omnino exempti, in ni-
 hilo tenerentur parere legibus ciuilibus, & es-
 set perinde, ac si non essent Ciues illius Reipub.
 sed exteri, & peregrini alterius penitus sepa-
 ratæ; quod naturalem haberet repugnantiam,
 & ideo tenentur viuere secundum leges ciuiles
 Principum, & non Ecclesiasticorum, quia Ec-
 clesiastici non possunt condere leges ciuiles or-
 dinariæ, quia non spectat adeos, sed ad pot-
 estatem ciuilem, & Rex, non solum est Rex lai-

corum; sed Ecclesiasticorum, & æquè tenetur
commoda utriusq; ordinis curare, & incommo-
da remouere, c. quæsitum 23. qu 4. c. Princeps
23. qu 5. c. celebritatem distinct. pri. faciunt tot
tituli Authen. & C. Iustinianæ, Sola ad decretæ
Sabaudiæ de offi. Aduocat. Fiscal. glos. 7. verb.
patronatus, Boerius decis. 69. Suarez. lib. 4.
aduers. Regem Angli. c. 14. num. fin. Bossius de
crim. læs. Maiest. nu. 88. Petr. Gregor. lib. pri.
de rescript. c. 19. num. 4. Cardin. Tusc. concl.
386. lit. E, Aliter vel Ecclesiastici essent Prin-
cipes temporales, vel sine Principe, si non te-
nerentur ad legum ciuilium legitimè latarum
præcommuni omnium bono obseruantiam.

13. Sed, licet potestas Ecclesiastica in tempora-
libus directè, ac principaliter non habeat ordi-
nariam potestatem, nec iurisdictionem, nihilo-
minus, cum sit perfecta, & à se habeat omnia,
quæ necessaria sunt ad gubernationem rectam
Ecclesiasticam, & ad dirigendos homines ad
finem supernaturalem, & sit potestas sublimior,
& excellētior, & in ordine ad spiritualia, & Ec-
clesiastica superior omni Monarchiæ, Regimi-
ni, & Principati temporali, in subsidiū, & ad fi-
uem spiritualem, exercere potest temporalem
potestatem, quatenus opus est ad directionem
necessariam subditorum, quod Innocentius

Ter-

Tertius Pontifex Max. expressit his verbis, in
 c. per venerabilem qui filij sint legit. certis causis
 inspectis temporalem iurisdictionem casualiter exer-
 cemus, non quia alieno iuri praividicare velimus; c.
 quoniam 8. distinct. 10. c. cum ad verum 6. di-
 stinct. 96. gloss. in verbo iurisdictionem nostram in
 c. nouit de Iudicijs, ubi scribentes, & omnium
 latissimè Nauarrus, Caietan. in Apolog. c. 6. ad
 octauū, & c. 13. Henricus de Gand. quod libeto.
 6. c. 23. Soto in 4. sent. distinct. 25. qu. 2. art.
 pri. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2.
 c. fin. col. penult. in respon. ad 6. & in c. cum
 ad verum 69. distinct., Dradon. de libert. Chri-
 stian. c. 1. propos. 4. Molin. de iust. & iur. di-
 sput. 28. col. 6. vers. secunda conclusio, & di-
 sput. 29. vers. his prænotatis, & ver. ex dictis in-
 fero, Belarmin. to. 1. contr. de Rom. Pont. lib. 5.
 c. pri. vers. tertia sententia. Simancas in Ca-
 tholic. instit. tit. 45. nu. 25. Victoria relect. 1.
 de potest. Ecclesi. section. 6. nu. 15. & tit. vtrum
 potestas spiritualis, sit supra potestatem ciuilē
 in eadem relectione nu. 8. proposit. 4. & nu. 12.
 Suarez. lib. 4. aduersus Regem Angliae c. 4. Pe-
 trus Greg. lib. 15. Syntag. c. 1. Couar. in c. pec-
 catum 2. par. 8. 9. num. 7. de reg. iur. in 6. Al-
 fonsum Mendoz. in relect. de vniuers. Christ.
 Dom. Miranda de ordin. Iudicior. par. 1. qu. 2.
 art.



art. 3. concil. 3. nu. 31. & concl. 4. 5. & 6. Angian. de legib. lib. 3. alias 4. c. 22. Barbos. de Iuditijs l. qui prior num. 100. Bouadill. polit. l. cap. 17. à num. 1. vsq; ad 10. & alij per me congesti in allegat. pro Fisco Regio in causa anno næ anni 1631. à nu. 13. & hoc intelligitur in ca-
su necessitatibus, ut scripsit Victoria dicta relictione in num. 13. vbi ait, non sufficit quod aliquid
temporale sit necessarium ad finem spiritualis ad
hoc ut spectet ad Summum Pontificem, sed oppor-
tet, quod sit in casu necessitatis videlicet, vbi om-
nino deficit potestas temporalis, nam si posset offi-
cium suum implere cessas Ecclesiastica, ideo se
Princeps legem aliquam condederet spiritualibus præ-
iudiciale, Papa non potest eam immediate revo-
care, quia haec est Provincia ciuilis administra-
tionis, & effet usurpare potestatem temporalem,
& inferre iniuriam Reipublice: non sufficit dicere
hoc expedit spiritualibus, ergo licet Pontifici, nam
inde sequeretur, quod si expediret, totam tempora-
lem potestatem immutare licet Pontifici totam tem-
poralem potestatem exercere, & sic tolleretur Prin-
cipum potestas, & officium.

14. Et sicut potestas spiritualis est sibi sufficiens,
ita & temporalis, & sicuti homo est sibi suffi-
ciens ad sui conseruationem, & defensionem,
ita & homines, & si homo aliter non potest se
ipsum

ipsum seruare, quam deprimendo hominem, licet ei iure naturae quemcumq; hominem depri-
mere, quia lex hæc naturalis, quæ iubet iniuriā,
& damnū auertere, & propulsare nullum exce-
pit, quod expressit Victoria Relect. 1. de potest.
Eccles. qu. 7. vtrum Ecclesiastici sint exempti
à potestate ciuili, num. 8. propositione 8. per
hæc verba. *Si libertas Clericorum effet in ma-
nifestam Republicæ perniciem, na* ut Ecclesia-
stici impunè baccarentur in cædem laicorum, *¶*
Pontifices nollent adhibere remedium, possent Princ-
tipes consulere suis Ciuibus, non obstante priui-
legio Clericorum, quia Respublica ciuitatis est per-
fecta, & sibi sufficiens, & potest se seruare, &
defendere ab iniuriā cuiuscunq; propria auctorita-
tate, & super hoc leges conuenientes ferre, nam
possunt Principes seruare proprias Respublicas ab in-
iuria aliarū Rerum publicarum, non solum per motu
defensionis, sed auctoritatine, quam doctrinam te-
nent. grauissimi Viri Azor. Inst. Moral. to. 2. lib.
5. c. 14. qu. 2. Soto. in 4. sent. distinc. 25. art. 2.
in fine Molin. de iustit. & iur. tit. 1. tract. 2.
prop. 37. num. 10. Suarez. lib. 4. aduersus Reg.
Angli. c. 34. num. 6. vsq; ad 9. Salas de legibus
qu. 96. tract. 14. disput. 14. sect. 9. Laiman. 2.
Moral. tract. 9. c. 4. vers. ne quis, idem Victoria
Relect. 1. de potest. Eccles. sect. 6. nu. 10. An-
tonius

24

tonius Fernandez in examine Theologiæ moral. 2. p. c. 6. §. 1. num. 4. Gulielmus Benedict. in c. Rainutius ver. & vxorem nu. 454. Aufre-
rius de potestate secul. super Ecclesiast. perso-
nas Reg. 2. Simancas de Catholic. Instit. c. 42.
nu. 32. Nauar. in c. cum contingat remedio 1.
de rescriptis, Ignatius Lopez ad Bernardum
Diaz in prax. crim. c. 103. vers. rursus.

15 Hinc inferunt DD. Principes posse Eccle-
siasticos suspectos nouarum rerum, inquietos,
& publicæ tranquilitatis turbatores à suis di-
tionibus ejcere, Bald. in c. 1. §. si clericus de
pace tenenda, vbi Io. Andreas, & Aluarot. &
in l. fin. de hæred. instit. & in l. fin. de offi. Præ-
sidis, Jo. de Platea in l. certa forma, C. de iur.
Fisc. lib. 10. Lucas de Pena in l. si coloni. colum-
fin. versic. sic, & ordinarius C. de agric. & cen-
sit. lib. 11. l. quicumq; C. de Episcop. & Cleric.
Paulus de Cast. in l. ad dictos C. de Episcop.
Audient. num. 6. Accursius in l. omne delictum
§. 2. de re milit. ver. contumatiā, Barbos. in
collect. ad dictam l. quicumq; Guillelm. Bene-
dict. in c. Rainutius verb. & vxorem decis. 2.
num. 457. alias 154. Foler. ad Const. Regn. tit.
de Episcop. & Cler. fol. 40. nu. 5. Gramat. ibi-
dem tit. vbi clericus in maleficijs num. ver. 24.
Ioannes de Petra Rubea in tract. contra Rebel-

les

les 3. par. art. 5. concl. 17. Carolus de Grassol.
 de Regal. Franc. lib. 2. iur. 14. Iulius Clar. in
 prax. qu. 37. vers. cæterum in clericos, Cenedo
 in collect. 37. num. 9. par. pri. Bossius in prax.
 tit. banniri qui possint, in fine, Ignat. Lopez in
 annotation. ad prax. Bernard. Diaz. c. 162. col.
 5. & 10. ver. qui sanè, Couar. pract. c. 31. Bo-
 uadill. 1. polit. c. 18. num. 62. casu 8. 60. 84. &
 89. Ruginel. pract. qu. 46. num. 50. 10. Guiot.
 in addition. ad Clar. S. fin. qu. 39. in fin. lit. C.
 Præses Tholos. Bernardin. Laurent. tract. in
 quibus casibus Iudex secularis possit manus in
 clericos sine metu excommunicationis impo-
 nere nu. 14. Cancer. variat. resolut. c. 10. nu. 50.
 & 51. Solerzan. de iure Indiar. par. 2. lib. 3. c. 27.
 Farinac. conf. 134. lib. 2. nu. 5. Carolus de Grass.
 de effe&. Clericat. effe&. 1. nu. 872. Nata conf.
 625. Peguer. decis. 92. Auend. de exequend.
 mandat. par. 2. c. 6. nu. 12. Mascard. de statut.
 Interp. num. 214. concl. 1. Casane. ad consuet.
 Burgund. tit. de Iustit. seu Iurisdict. Rub. 1. §. 5.
 casu 19. & 18. num. 82. vñq; 87. vbi dicit alias
 temporalem potestatem esse illusoriam, & alij
 per me collecti in allegationibus anni. 1632.
 Martij 26. exemplum habetur Reg. 3. c. 2. ibi,
 16. i.e. ergo Salomon Abiajar ut non esset Sacerdos
 Domini, Joseph. lib. 4. antiquit. Iud. c. 1. Sise-

butus Rex; Eusebium Episcopum Barcinione
 Episcopatu expulit, quia quædam Gentilium
 indecora facta, histrionibus publicè represe-
 nare permisit, Aldefonsus Castellæ Rex Septi-
 minus, Legionensem, Burgensem, Pallantien.
 & Toletanum Episcopos exulare iussit, & Com-
 postelanum, inquietum hominem, & ferocem,
 suspecto D. Didaco Gelmirez, Enricus appel-
 latus el Inferno, Toletanum, & Osmensem, &
 Petrus nuncupatus el Cruel; Archidiaconum
 Burgensem Didaeum Arias Maldonado, suspe-
 ctum ob amicitiam Principis Enrici, capite-
 mulctauit, Zamorensis Episcopus bellorum
 Auctor, & Dux, & Ecclesiastici eius Aseclæ;
 mitiorem fortunam experti fuere sub Max. Im-
 peratore Carolo Quinto, Sandoal. lib. 9. Hi-
 stor. §. 32. Italiae plures profugos Antistites,
 & indignè trucidatos Historiæ, & Viri I. C.
 commemorant, & aliqui ex allegatis Auctori-
 bus referunt, Paulus Iouius in vita Othonis Vi-
 cecomitis Episcopum Martin. Turrianum, ab
 eodem Vicecomite electum scribit, & simile
 exemplum refert Ripamontius lib. 4. Histor.
 Eccles. Mediob. in Gallia viderunt hæc sæcula,
 Ghisum Cardinalem trucidatum, captos Desi-
 derium Archiepiscopum Viennensem, & Agi-
 dium Episcopum Remensem, qui, & sistere, &
 ius-
 cens. i. 3

jusdicere coram seculari Iudice coacti sunt , & Primati Lugdunensi, reuocanti forum, responsum fuit in criminе Maiestatis Episcopos Regibus ab omni æuo suis obnoxios, refert Ballenger. lib. 7. histor. & pulsum Regno vniuersum ordinem Venerab. Iesuitarum erecta Parisijs in eorum dedecus Infami columna , Veneti Principes , & Iesuitas, & Capucinos à finibus suis aliquando expulerunt, Cæsar Ballenger.lib.vlt. Histor. Gallæ, & Ludovicus XIII. è Regno Cataloniæ omnes eiecit Episcopos , & Prælatos hisce diebus, qui tyranidem perpeti recularunt; & similia recensere nimis longum esset quæ iurisdictionalia, & sœua facta nos nō probamus, nisi quatenus ineuitabilis necessitas, vel Summus Pontifex legitimam autoritatem executioni præbeat , quam auctoritatem , Augu-
17. stis. Cæsar Carolus Sun. Antistiti in similibus illæsam resenuauit, ut legere est apud Molin: de Primogen. lib. 4. capi 11. num. 59. quæ pietas hæreditaria ad posteros translata , & religiosè seruata exempla adhuc vigent , quorum unum præ ceteris ex India referre contentus ero , dictante Solerzano de Indianum iur. lib. 3. cap. 27. num. 16. rescripto, Philippus Rex noster Principi Esquilacensi Pro Regi Pi-
juano 17. Martij anni 1649. Hè visto lo que

decis cerca de que hauiendo vn Clerigo Dotri-
nero en Tambobamba Diocesis del Cuzco da-
do vna puñalada al Teniente de Corregidor de
aquel partido , y rotolo la carcel para sacar vn
mestijo criado suyo, que tenia preso, no han si-
do posibles todas las diligencias , que aueis he-
cho , para que el Cabildo de la dicha Iglesia del
Cuzco castigue este Clerigo , y ha parecido ,
que puese el remedio en semejante caso està des-
puuesto por derecho , por la regalia , que yo ten-
go coadiuuada en el de mi patronazgo Real ,
para que se haga justicia por la ofensa , que se
haze al Patron , y a la causa publica con ministe-
rio de semejantes personas , proueais como à
pidimiento del Fiscal se despache prouision de
la audiencia , hablando con la sede vacante ,
por via de ruego , y encargo , para que auise del
castigo , que huriere hecho en semejante ma-
teria , pidiendoles , que embien los audtos , y
copia de la sententia , y si resultare , que no se
ha castigado , ó que no se ha hecho condigna-
mente , se los buelua à aduertir el mal exemplo ,
y escandalo contra la paz publica , procuran-
do , que el Metropolitano lo remedie .

18 Et non tantum ejcere, sed & interficere pro
propria defensione licet, quia æque licita, &
permissa est aduersus Ecclesiasticos iniuriam

infe-

inferentes, ac aduersus laicos, Innocent., Io.
Andr., & Felin. in c. inquisitionis 44. de sent.
excōmun. Idem Felin. in c. si quando de rescrip.
Abbas in c. quanto 4. num. 11. de consuet. & in
c. sicut 3. de iure iurand. & in c. si vero de pæn.
num. 11. Guliel. Benedict. in c. Rainutius tract.
de fideicom. subst. ver. si absq; liberis num. 34.
Claud. Sesse. in l. vt vim num. 85. de iust. & iur.
Dec. conf. 15. num. 5. Cardinal. Hieronim. Al-
ban. de Potestat. Papæ pri. par. nu 191. Petrus
à Monte Episcop. Brixiens. eod. tractat. tit. de
modo restit. in princ. & nu. 3. Cardinal. Jacobac.
de Concil. lib. 8. art. 3. nu. 496. Victor. de Potest.
Papæ, & Concilij nu. 16. & 24. & relect. pri. de
potest. Eccles. sect. 7. nu. fin. in fin. Siluest. in sum.
verb. Papa nu. 4. & 15. Dominic. Soto in 4. di-
stinct. 25. qu. 2. art. 2. Tiber. Decian. criminal.
lib. 4. c. 9. nu. 83. lul. Clar. S. homicidium nu. 29.
Plac. Epitom. delict. c. 28. nu. 7. vers. 3. Farinac.
qu. 125. nu. 31. & qu. 34. vol. 5. & 105. inspe&t.
4. nu. 195. Menoch. de recuper. remed. 1. num.
320. Paris. de confederatione qu. 3. nu. 21. Co-
uar. in reg. peccatum p. 1. in princ. nu. 5. cum
seq. D. Thomas sec. secun. qu. 43. art. 1. Suarez.
defens. fidei. aduers. Reg. Angl. lib. 4. c. 6. nu. 17.
Gaetanus de potestate Papæ c. 27. vbi dicit,
quod quamvis quilibet licet posse occidere Papam.

inua-

*in uasorem sed defendendo, tamen nubilicei Popam
propter homicidium punire penam moritur.*

19. Ex quibus apparet valet quamq; potesta-
tem pro sui conseruatione primo, & principia-
liter in subsidium humanis necessitatibus exis-
gentibus, posse aliquid extraordinariè in sup-
positos alteri disponere, videlicet Ecclesiasti-
cam in laicos, qua Catholici sunt, temporalem
in Ecclesiasticos, qua homines, & Cives ha-
bentur.
20. His præhabitis sit prima conclusio, quando
laicorum non suppetunt facultates, ad ea quæ
communiter necessaria, vel utilia sunt, Eccle-
siastica bona conferre debent, quæ conclusio
rationibus, & auctoritate probatur.
21. Primo, quia Ecclesiastici sunt homines, &
Ciues, & ideo pars populi, & Reipub. Tempore-
ralis utilitatum societatis Civilis æque partici-
pes, l. pri. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. c. si
forte 65. distinct. c. de capitulo distinct. 10. c.
fin. vers. nec aliquis de off. de legat. lib. 6. Vin-
cent. de Franc. decis. 9. nu. 5. Franciscus March.
qu. 45 5. num. 9. par. pri. Afflict. de iur. prothom.
in princ. num. 9. Thesaur. qu. 22. nu. 8. & nu. 11.
lib. 4. Bellet. disquisit. Cleric. par. pri. num. 7. ver.
exclusa, Marta par. 4. de Iurisdict. casu pri. nu.
27. Bouadill. 2. politic. c. 18. num. 67. Molin. de
iust.

- iest. & iur. tract. 2. disputis 1. ver. sexta concil.
sio, Hentic. Gaetan. de Gandau: quodlibeto 9.
qui 31. in princ. Menoch. de Iurisdict. Eccles.
lib. 2. c. 2. Victor. vbi supra, & relect. pri. propos.
4. num. 4. Casanæus Cathalog. glor. Mund. 5.
par. consid. 24. nu. 162. in fine; Roland. à Valle
cons. 2. nu. pri. vol. 3. Decian. cons. 14. nu. 20.
lib. pri. Surd. cons. pri. nu. 7. vol. 3. Solórzan. alios
plures allegans lib. 3. de iur. Indiar. c. 27. num.
26. & 27. & supra num. 12. diximus.
22. Et quatenus tales Principi subjiciuntur, &
ei fidelitatis iuramentum præstant, ut tradunt
supra allegati; & Belarmin. lib. pri. de Cleric.
c. 28. Henius Bobett. 3. aren. iudicat. c. pri. To-
pius in 1. Princeps Siz. nu. 23. de legibus; Paezi
de iur. Regal. quo 5. num. 6. Olibal. de iur. Fisc.
c. 7. num. 9. Duaren. lib. 3. de sacra Eccles. Minist.
Camil. Borell. de Reg. Cathol. Præstan. c. 64.
Carol. de Grassi. de effect. clericat. effect. 3. nu.
376. Farinac. qu. 8. num. 30. Renat. Copin. 2. do-
man. tit. 9. num. 4. Aluar. Vélasch. Consult. 16.
num. 5. Gregor. Lopez lib. 4. tit. 15. par. 4. ver. en
cuyo señorio; Montanus de Regalibus ver. ar-
genteria num. 8. in fine.
23. Et vocati à Principe comparere tenentur, c.
vobis 23. qu. 8. c. comparati de appellat. c. Epi-
scopus 18. distinct. c. Pastoralis, 5. cum autem
de

de off. delegat. vbi DD. glos. in c. tributum 23.
 qu. 8. Authent. quomodoopporteat Episcop.
 ver. & illud, Anast Germon. lib. 3. de sacr. im-
 munit. c. 8. num. 22. Gutierrez. pract. pri. qu. 3. nū.
 15. ver. requiritur; Martin. de Larat. de Prin-
 cip. qu. 427. col. 3. Valenzuel. cons. 4 num 79.
 Pereira de manu Reg. lib. pti. c. 12. Carol. de
 Grassalib. lib. 2. Reg. c. 13. Añiles in c. pri. Præ-
 torum verb. mandamus hum. 19. Bouadilla. 2. po-
 litic. c. 18. num. 66. Victoria de potest. Eccles. 7.
 qu. proposit. 4. Soloz. de iur. Indian. lib. 3. c.
 27. num. 68. et alioq. a. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

24. Sed pars ad conseruationem totius concur-
 rere tenetur, non secus in hoc mistico Reipu-
 blicę corpore, ac in naturali vaupm quodq; mem-
 brum exigente necessitate pro corporis conser-
 uatione se exponit, ut præmissimus supra num.
 12. quia nobilior est totum corpus, quam par-
 tes, seu membra, eleganter Seneca lib. 2. de
 ira c. 31. ait, nefas est nocere patrie, ergo ciui, nam
 hic pars patriæ est, sanctæ partes sunt, si truiuer-
 sum venerabile est, ergo, & homo homini, nam
 hic in maiori iibi Urbe Ciuis est; quid si nocere
 velint manus pedibus, manibus oculi, ut omnia
 inter se membra consentiunt, quia singula seruari
 totius intcrest. Ita homines singulis parent, quia ad
 eorum geniti sumus, salua autem esse societas, nisi
 amore,

amore, & custodia partium non potest, quod D. Paulus docet prima ad Corinth. 12., nam & corpus non est unum membrum, sed multi, si dixeris pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, nū ideo non est de corpore; & paulò inferius. Non potest dicere oculus manui operatua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij, sed multò magis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt; & que putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus, & subsequitur; & si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriantur membrum; congaudent omnia membra; Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro, & Esdtæ 2. c. 5. Populus necessitate anno næ depresso dicebat, nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostra sunt, & sicut filij eorum, ita & filij nostri. Inter nos cognitionem quamdam natura, & lex constituerunt, ut ex Iuris Consul. Bald. conf. 434. lib. 3. num. 2. ibi, debent se munio fouere, & sibi inuicem suffragari proprie publicam utilitatem, sicuti in humano corpore membrum membro suffragatur, sic in corpore Ecclesie. Igitur Ecclesiastici tamquam præcipua pars corporis Reipub. eam iuuare, & subleuare debent in necessitatibus, nam absq; hac uione, & concursu Imperium temporale

D

de-

destrueretur, ex Baldo, Aretin. ac alijs, Menoch. conf. 607. nu. 6. Suarez. aduers. Reg. Angl. lib. 4. c. 16. num. 13. & in hoc casu anno 1544. sic consultum fuisse à Reuerendiss. P. Frà Io. de Robles Abb. S. Petri de Arlanza Imperatori Carolo V. per hanc eamdem rationem, quam firmauimus, latè refert Sandoal. in histor. lib.

26. S. 34.

26. Ulterius secundum naturam est cum pati incommoda, quem sequuntur commoda; l. secundum naturam de reg. iur. l. pri. & secun. de periculo, & commod. rei vendit. l. vnica, S. pro seundo, C. de caduc. tollend. c. qui fentit. de reg. iur. in 6. Clement. pri. de censib. Io. de Ananias inc. aduersus de immun. Eccles. nu. 2. & ibidem Petrus de Ancaran. Hippolit. Riminald. conf. 2. lib. pri. nu. 20. Carol. de Grass. de effect. Clericat. effect. 3. num. 201. Victor. relect. pri. de potest. Eccles. sect. 7. num. 2. in fin. at seruatæ Reipub. commodum ad omnes spectat, ergo iniuriam, infert Reipub. & reliquis ciuibus, qui 27. cum sit pars Reipub. vrgente necessitate, non habet partem oneris, hæc enim non ciuilis, sed leonina societas esset l. si nō fuerit 29. S. Arist. ff. pro socio. Paulus in l. 2. S. 20 ad l. Rodiam de iactu sibi omnes quorum interfuerit iacturam fieri conferre oportere, & ibi, si cibaria defecerint in navigatione,

migratione, quod quisq; haberet in communione conferret, elegantè Quint. Curtius scripsit in communione
la misericordia suam quemq; habere fortunam, & expro-
brari posset illud Luc. c. 11. quod cum alijs gra-
uenetur oneribus, qua portare non possunt, ipsi depon-
digo vestro non sanguinis sarcinas, & cum defen-
sionis utilitas non solum concernat interesse,
& securitatem habitantium, sed etiam prædio-
rum existentium in territorio, meritò, omnes
possidentes prædia debent contribuere, quia
omnes illi, quorum interest fieri impensam alii-
quam propter res aliquas, vocantur ad solutio-
nem, & collationem impensæ, & ista contri-
butio dicitur tributio agrorum, l. rescripto, S.
fin. ff. de munere. & honor. & est onus agrorum,
quod propterea imponitur ipsis rebus, & earum
possessoribus, licet possessores non habeant ibi
domicilium, l. 2. C. de Annon. & Tribut. Ber-
trand. conf. 126. vol. pri. post princip. Hippo-
lit. Riminal. lib. pri. conf. 2. num. 21.

28 Tertio, quia necessitate urgente omnia sunt
communia, Math. c. 12. c. discipulos de con-
securat. distinct. 5. c. si quis, vbiglos. & DD. D.
Thom. sec. secun. qu. 66. art. 7. Syluest. in sum-
ma verb. furtum qu. 5. Sot. lib. 5. qu. 3. art. 4. Co-
uaru. Reg. peccatum 2. part. I. S. 1. num. 3. ver.
necessitas autem, Senec. 2. epist. c. fin. nam

intercidit, & siue peruenit ignis, siue ante extincsus est actionem cessare: Rex Dauid, in necessitate constitutus propositionis sacros panes sustulit, & suis distribuit, & gladium Goliæ Eilistæ in templo dono appensum, Reg. pri. c. 21. & Ios. & Iosias pro defensione Regni de templo Domini thesaurum abstulere, Reg. 4. c. 12. & c. 18. & Math. c. 12. vbi ex ore diuino, & Apostolorum exemplo confirmatur, dicente Domino, misericordiam dabo, & non sacrificium.

- 32 Hæc non solum corrigit, & temperat; sed conterit, & infringit tam humana, quam diuina præcepta, teste Rodriguez super bulla cruciatæ in addition. ad S. 9. fol. 129., à periurio excusat, c. querelam 10. de iur. iurand. vbi Felicitas iur. & fin. ait, necessitate urgente licitum est tangere sacram Eucharistiam, & confiteri peccata laico; & alienare sine solemnitate sacra, etiam contrairamentum præstatum. Idem Felic. in c. cum venissent vnu. q. de consti. Roman. in h. si vero, S. de virorum, 88. ff. solut. matrim. 3. 1. 1. 2. 2. 3. 3. Necessitas lege caret, & ipsa sibi facit legem, c. remissionem 39. S. sed notandum. 1. qu. 1. c. quanto q. de consuet. Ayala de iur. belli lib. 3. sit. 18. nu. 3. Rebus. ad. Constit. Galliae tit. de sententijs provisionalibus art. 9. gl. 6. num. 4. quid iuriam sacram sanctamq; effopoteſt. quad

non

non videt necessitas; præterim, quæ assertores habent
 Milites in tanta gladiorum, armorumq; impu-
 nitate, sèpe cedendum est tempori, semper necessaria-
 ti, Anton. Faber. in Codic. lib. 9. tit. 30. de mu-
 nerib. patrimonial. difinit. 26. est magnum hu-
 manæ fragilitatis patrocinium; hec excusat Sagun-
 tinos; quamuis non occiderint, Patres sed occide-
 rint, hec Romanos excusat, quos ad servilem delec-
 tum Canensis ruita compulso, quæ quidquid coegerit,
 defendit; Senec. lib. 4. contr. 27. biæc priuatis impu-
 ne propriam vlcionem permittit, l. vnica, cum simili-
 bus, C. quâdo liceat vnicuiq; se vindicare, l. nul-
 li; C. de Iudæis. Hugo Croti de iur. belli lib. 1. c.
 3. n. 2. ratio est, quia licet sit voluntarium, nō est
 spontaneū, quod necessitate urgente fit, inde D.
 Chrysostom. ait, quod enim permitimus, nolentes
 præcipimus, c. hac ratione 9. 31. qu. 1. Tandem
 35 huic non tantum leges, homines, sed & Di ipsi pa-
 rente, aduersus necessitatem, ne dij quidem resistunt,
 ait Plato lib. 5. & lib. 7. de legibus, nec aliter
 nos profligare infensissimos hostes, & pacem assequi
 possumus, Cicero 2. de offic. ait, non est dubium
 propter erarij censualem esse conferendum, ut om-
 nes intelligant si salutis esse voluntous, necessaria èsse
 parendum, nam salus populi suprema lex est.
 Idem 3. de legibus. Ergo longè magis Princi-
 pibus ob bonum publicum licent, quæ priuatis
 per-

permittuntur necessitate compellente, Ceual.
comm. contr. comm. qu. 578. per totum.

36 Quartò; quia in pluribus Constitutionibus
sancitū legitur Ecclesiasticoos tenēri ad ea one-
ra, quæ immediatè ipsorum priuatā respiciunt
vtilitatem, vt pontium itinerumuē instructio-
nes, & similia l. ad instructionem 7. C. de sa-
crosanct. Eccles. l. 7. C. de operib. pub. l. 4. C.
de priuileg. Dom. August. l. 6. C. Theodosian.
de itinere muniend. Authen. vt Dei amantissi-
mi Episcopi c. 3. & Authen. de Ecclesijs con-
stitutis in Africa, l. 54. tit. 6. p. 1. & l. 20. tit. 30.
p. 3. l. 11. tit. 3. lib. 1. nou. recopil. & hoc siue
suppetant, siue non, laicorum facultates;
vt Glosatores, & scribentes in dictis legibus
tenent, & nos infrà num. 103. dicemus, quæ

37 non sunt reuocatae in specie, & leges non con-
tradicentes iuri canonico, sunt approbatæ, c.
si in adiutorium 10. distinct. c. 1. de operis nou.
nuntiat., vbiglos. & DD. imò habent vim ca-
nonum Cardin. Zabarel. & ante eum Butriga-
rius in c. non minus num. 9. qu. 9. de immunit.
Eccles. Sanch. lib. 2. conf. 4. dub. 55. num. 13.

38 Quintò, quia nullus per Ecclesiæ nomen ex-
cusatur à murorum vigilijs, imò omnes tam Ec-
clesiastici, quam sacerdotes tempore neceſſita-
tis compelluntur, quatenus cunctis vigilanti-
bus

bus melius valeat Ciuitatis custodia procurari,
 c. peruenit de immunit. Ecclesiar. secundum
 communem intellectum, quem probant Abb.
 ibi num. 3. & 6. Anchar. 1. Innocent. in c. non
 minus de immunit. Eccles. August. Barb. in
 collect. nu. 2. plures allegans, vbi in fine, Mo-
 derni opinionem improbat, & de iur. Eccles.
 lib. pri.c. 39. num. 44. Angelus in summa verb.
 immunitas nu. 34. Sanchez. lib. 2. cons. moral.
 c. 4. dub. 55. nu. 13. ver. tertio probatur, Suar-
 rez. lib. 4. aduersus Reg. Angl. c. 34. num. 6. &
 31. lo. Andr. Georg. in repet. feudal. c. 57. nu.
 25. Casan. ad Constit. Burgund. tit. de Justit.
 Rub. pri. §. 4. glos. 1. ver. quid dicendum nu. 22.
 Bellet. disquisit. cleric. 1. p. §. 2. num. 8. in fin.
 Thesaur. de pen. Ecclesiast. 2. par. verb. immu-
 nitas c. 3. ver. limita Collegium Taurin. cons. 3.
 inter feudalia num. 6. 7. & 8. & nu. 11. vbi ait
 hoc probari c. 3. numer. vbi Lepitis indicuntur
 excubiae, & castramentatio.

39. Et licet Anastasius Germon. lib. 3. de sacr.
 immunit. c. 17. num. 3. Adrian. Gilmen. decis.
 21. Camer. Imperial. nu. 60. defendant in sub-
 sidium solum obligari, & alij nunquam; ne di-
 strahantur adiunis, c. reprehensibile 33. qu. 8.
 I. nos distinguemus, ff. de Arbitris, §. sacerdo-
 tium; Nihilominus urgente necessitate, sicut

E

alios

praecepta

- alios laicos inuigilate debere personaliter re-
- 112 Decimò, vbi tam ineuitabilis necessitas immineret, quod non posset sine scandalo, & periculo haberi recursus ad Papam, quia tunc Episcopi, & Cleri consultatio sufficeret, vel Episcopi tantum. Abbas Panorm. in c. non minus de immun. Eccles. num. 19. argumento tex. in l. tutor, qui repertorium, ff. de administratione tutorum, Baldus cons. 248. antiqua querela lib. 3. Tabien. verb. excommunicatio 5. casu 18, num. 4. vers. 3. Gutierrez. p. 5. practicar. qu. 3: num. 6. Syluester verb. immunitas 1. qu. 5. dist. 4. Angelus verb. immunitas num. 37. Layman, lib. 4. tract. 9. c. 6. num. 7. Anastasius Germanius lib. 3. de sacror. immunit. c. 7. nu. 46. & 52. Bonacina de censuris disp. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 16. vbi contra Suarez. non Synodus, sed Episcopum cum capitulo solum requiri cum communi DD. tenet, Gigas de pensioni-

sionibus qu. 90. in fine, Bellet. disquis. clerical.
 par. 1. §. 2. num. 7. Carolus de Grassis de effect.
 clericat. eff. 3. num. 232. & 239. Diana resol.
 moralium tom. pri. par. 2. c. 132. August. Bar-
 bosa de iur. Eccles. lib. 1. c. 39. num. 43. Osasc.
 decis. 68. num. 20. & 21. Præses Nicolaus Bal-
 bus in cons. post dictam decisionem a num. 29.
 Sanchez. lib. 2. consil. moralium c. 4. dub. 55.
 nu. 28. Modernus de iurisdict. 4. par. c. 1. nu.
 51. & c. 9. a num. 21. Thesaur. de poenit. Eccle-
 siasticis par. 2. veib[us] immunitasc. 3. vers. limi-
 ta, Cardinalis Tuscus concl. 13. num. 42. vers.
 Ecclesia, Narbona 3. par. nou. recopil. lib. 2.
 tit. 4. l. 57. glos. vnica num. 24. Azeuedo l. 11.
 tit. 3. lib. 1. num. 7. Petr. Gregor. lib. 3. de Re-
 pub. c. 7. num. 34.

113 Et quando Episcopus esset suspectus ob in-
 teresse priuatum portionis spectantis eius bonis
 Indicem saecularem exequi posse, tenet Mode-
 nus 4. par. c. 9. a num. 21. ex Guillelm. Bene-
 dict. in c. Rainucius de testam. verb. & vxorem
 decif. 5. a num. 480. Præses Nicolaus Balbus in

114 cons. post decis. 68. Cacheran. num. 34. Ratio
 est quia quando propter mutationem materiae,
 vel circumstantiarum sit ut sit iniustum seruare
 legem, vel impossibile, aut saltem ita difficile,
 & arduum, ut moraliter iudicetur impossibile
 respectu

respectu totius, non seruatur lex ex æquitate naturali, quam sequuti sunt Prætores, non solum adiuuando, temperando, sed corrigendo iuris sanctiones, & hoc casu absq; aliquo recursu, seù consultatione superioris exprobabili sententia, potest omitti obseruantia legis, *quia iuditum probabile in rebus moralibus sufficit ad prudenter operandum*, præsertim vbi regula certa applicari non potest, ut in materia conscientiæ, & quia aliis modus operandi esset ultra humanam conditionem, quia omnis cognitio humana ferè conjecturalis est, & non est ex prudenter spectare diuinam, quando sine scando, & damno communi non patet aditus ad superiorem, præcipue cum & post recursum ad eum subditus, & si vellet, legem, seù circumstantiam, aut formalitatem legis seruare non posset, ut ex Diuo Thoma probatur qu. 120. art. 1. ad 3. & qu. 96. art. 6. ad 2. vbi Caetanus, & scribentes. Michael Mauclerius de monarchia seculari par. 3. lib. 4. c. 17. in his terminis ait: *quod tali necessitate viueq; periculis positis vera deducatur illatio, certitudoq; moralis legislatoris, in tam duris acerbisq; vitæ casibus voluntatem subdito obligans non fuisse, cum Legislatoris, ac Principis prescripção Christiani misericordia, atq; clemencia instar mundi Redemptoris comes esse debet, ac*

*proinde in his casibus legis obligationem in conscientia
necessare, cum Principis, atq; Legislatoris in com-
mune bonum, saluemq; Reipublicæ potestatem trans-
fundere, Deo sic ordinate, sapienter oporteat, quod
fieri nulla ratione posset, si tanto cum detrimento, di-
ueq; pernicie legibus subditos obtemperare mandares.*

115 *Vndeclimo, cessat hæc consultandi lex in bo-
nis feudalibus, quia sui natura ad defensionem
patriæ obligantur, Casaneus in Const. Burgund.
tit. de iustit. S. 4. in num. 37. Carolus de Grae-
falsj s de Regalibus Franciæ iur. 11. Bouadilh
polit. xc. t. 8. n. 273. Rosent. c. 7. consl. 30. n. 23.*

116 *Hæc consultatio Summi Pontificis debet con-
tinere humilem petitionem, & expressionem
generalem utilitatis, vel necessitatis, & cum
fiat ex reuerentia, & ob rationes expressas à*

117 *Summis Pontificibus non inducit, nec tollit
obligationem contribuendi, quia hæc pendet
ad ure diuino, & naturali, prout prædiximus, &
dóchet Henriquez in summa lib. 10. c. 15. nu. 8.*

118 *Tandem sciendum est, quod Benedictus XI.
Summus Pontifex in extrauag. quod olim de
immunitate Eccles. noluit sponte dantes, Ec-
clesiasticis penitentiis subiacere, & licet Clemens V.
dictam Constitutionem, & illam Bonifatij Oc-
taui in c. clericos de immunit. Eccles. in 6. abro-
gauerit, & reduxerit ad Concilij Lateranensis
normam,*

normam, & deinde in nouissimo Concilio Lateranensi sub Leone X. renouata fuerit Bonifatij Constitutio, & pœnæ aduersus imponentes, & exigentes etiam ab sponte dantibus, nihilo minus cum non sint vsu receptæ, vt supra probauimus, hodiè nullam censuram latæ sententiæ incurtere Ecclesiasticos soluentes, vel consentientes solutioni, firmant Thesaurus de pœnis Ecclesiasticis secun. par. verb. immunitas c. 4. in vers. additur *et predicta facere presumentes.* Cardinalis Tuscus concl. 13. nu. 52. verb. Ecclesia, Belletus disquis. clericalium par. 1. §. 2. num. 13. Bonacina de censur. Bullæ in coena, disp. 1. qu. 19. punto 3. §. 3. num. 16. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. c. 39. num. 14. quia quilibet suæ rei est moderator, & arbiter, & quia volunti non fit iniuria, Valer. Reginald. lib. 9. nu. 377. & 356. & hanc interpretationem recipere Canones, idemmet Bonifatius Sum. Pont. declarauit anno 3. sui Pontificatus in Bulla, quæ incipit. Venerabilibus fratribus, ibi: quod consuetudo ipsa, vel eius prohibito, vel ad donaria, vel mutua, scilicet quevis alia voluntaria Prelatorum, & personarum Ecclesiasticarum, omni profus coactione cessante, se aliquatenus non extenuandi, licet localem esse concessionem aliqui contendant, & in similibus causis non solum

spontè, sed alacritèr, & certatim concurrere Ecclesiasticos exemplare esset, ut de Ecclesijs Venetæ ditionis retulimus, & Diuus Iustinus Martyr in Apologia ad Antonium Piuin, ait: *contendimus inferre*, huc pertinet obseruatio illa Sullæ Imperatoris Romani, qui pecunia egens, auditō sono cytharæ in templo, ex quo thesaurus exportabatur, Deum hilariter, & cytharæ concentu inuitare ad exercitus necessitatem subleuandam, dixit Sabell. lib. 3. Aenead. 6. allegati à Dian. par. 5. resolut. 11.

119 *Necessitas difert à necessarijs.*

120 *Bellum, scù belli suspicio cogit.*

121 *Muros reficere iusta conferendicausa.*

122 *Ecclesiastici ad extraordinaria onera pietatis conferre debent.*

123 *Necessitas, vel utilitas magna quando subsit.*

124 *Ecclesia pro voluptuosis non confert.*

125 *Onera grauia præteritis temporibus.*

126 *Necessitas urget, quando laicorum non suppetunt facultates.*

127 *Fructuum non possessionum ratio habenda.*

128 *Ducatus Mediol. necessitas probata à S. Pont.*

129 *Hostes Hispanie Hereticorum fautores.*

130 *Bella grauia Rex Catholicus proposuit.*

131 *Tributa noua probant necessitatem.*

132 *Bellum necessitatem inducit.*

133 *No-*

- 133 *Necessitas Ducatus Mediolani ex facto.*
 134 *Hostes Regis Catholicus iniustum bellum gerunt.*
 135 *Bellum iustum Rex Catholicus instruit.*
 136 *Necessitas, quando aliunde subueniri non potest.*
 137 *Necessitas quasi extrema cogit, & quæ*
 138 *Facultates publicæ si non sufficiunt, iuste indicia
tur tributio.*
 139 *Ecclesiastici tenentur, si causa ad eos pertineat.*
 140 *Defensio Ecclesiae vertitur in causa.*
 141 *Defensio Italiae.*
 142 *Galli pacis Italiae turbatores.*
 143 *Galli Principibus Italiae infidi.*
 144 *Periculis in tempore occurrentum.*
 145 *Necessitas pericula, & dāna interna minatur.*
 146 *Episcopi recognoscere debent necessitatis casum.*
 147 *Ecclesiast. subsistente causa proprie cōcurrere debet.*
 148 *Principis assertioni credendum.*
 149 *Principis assertioni fidem denegans iniurius,
& sacrilegus, & 154.*
 150 *Princeps est ipsa veritas.*
 151 *Princeps habet præsumptionem pro se.*
 152 *Principem iusta ex causa moueri præsumitur,
licet de ea non constet.*
 153 *Potestati temporali fides non deneganda.*
 154 *Principi afferenti se in necessitate constitutum
creditur, & num. 148.*
 155 *Necessitas notoria non eget probatione.*

Ad

Ad quartū, in quo quæritur ad quem
spectet declaratio necessitatis,
vel utilitatis publicæ, & quo-
modo probentur.

Dana in suis resolutionibus moralibus
ait hanc quæstionem non inueniri
apud multos authores, ex quo diffici-
lior videtur eius resolutio; in primis
obseruandum est hæc nomina *necessaria*, & *ne-
cessitas* diuersa esse, quia aliud est quid necessa-
rio facere opus esse, ut muros reficere imminen-
te hostium incursione, aliud necessitas, ob quā
id quod facere opus est, fieri non potest, quo
respexere Andri, dum Themistocli, ut refert
Plutarchus in eius vita, dixerunt sibi duos esse
Deos Necessitatem, & Paupertatem. In præ-
fenti discussione non loquimur tantum de his,
quæ necessariò, vel utiliter facere conuenit, sed
de his quæ cù necessariò, vel utiliter fieri oport-
eat, non possunt tamen fieri ob inopiam ærarij
publici, exempla casuum necessitatis, vel utili-
tatis publicæ aliqua subijciemus, Antonius de
120 Butrio: propter guerram, seu guerra suspicione
teneri Ecclesiam contribuere, scripsit, ut testatur
Abbas Panormitan. in c. non minus de immuni-
tate Ecclesiar.

Ecclesiar. in num. 18: vbi ait: *pro pace; & quiete;*
 etiam teneri, argumento, c. tributum 28. qu. 8.
 121 lo. de Anania ibidem ait num. 10. ad refectio-
 nem murorum teneri Ecclesiasticos, si interue-
 nit necessitas propter hostes, vel si muri sint an-
 tiqui, & num. 11. ait: *tempore necessitatis, pura si*
Denit Capitaneus cum magna genit, & si non sol-
uantur ei quadraginta, minetur capere homines; &
incendere domos, & facere multa mala, super quo
consuluit Dominus Petrus teneri Ecclesiasticos; cui
consilio subscripsere Dominus Antonius, & Dominus
Bartholomeus de Salice. Quoad constructionem,
 & refactionem murorum, idem tenet Lucas de
 Pena in l. 2. C. de quibus muneribus, vel præ-
 stati: nemini liceat se excusare, Anch. in c.
 non minus de immun. Eccles. num. 7. Cardinal:
 Zabarella ibidem qu. 6. Butrigar. in l. ad instruc:
 C. de sacros. Eccles. vbi Iacob. de Arena, &
 Lambertinus Ramponus, Bald. num. 4: & 6. &
 in l. contractus; C. de fide instr. Anselmus in l.
 omnes, C. de operibus publ. Parpalea in l. plai-
 cet num. 76. C. de sacros. Eccles. vbi, & Iason:
 lectura pti. num. 14. Alciat. in l. ad instructio-
 nem, C. de sacros. Eccles. nu. 3. Guillelm. Be:
 nedictus in c. Rainutius de testamentis verb: &
 vxorem nomine Adelasiam dec. 5. nu. 468. Re:
 buff. ad Const. Galliæ tit. de senten. prouis. art. 31

glos.

glos. 6. num. 4. Azeuedo in l. 11. num. 6. tit. 3.
 lib. 1. recopil. Gregor. Lopez in l. 20. tit. 32.
 partit. 3. verb. *Cauallores*, Guidopap. qu. 78.
 Bald. conf. 246. antiqua querela; & 312. si de
 iure lib. 3. Barbat. conf. 29. col. 4. lib. 4. Coll.
 Taurinense conf. 3. inter feudalia diuersorum
 num. 3. Ripa responso 168. num. 6. alias c. 20.
 de rescriptis, Remigius de Gonide carit. subsid.
 qu. 62. à num. 42. Euerardus conf. 42. nu. 40.
 Syluan. conf. 32. col. final. vers. quinimò, Æmil.
 Ferret. conf. 52. num. 9. Io. Anton. Niger. in
 extrauag. vnum nu. 286. Osasc. decis. 68. à nu.
 6. vñq; ad 11. Mexia taxa panis concl. 5. nu. 61.
 Octauian. Vulpel. de libert. Eccles. 2. par. nu. 3.
 Gail. obser. 52. num. 15. lib. 1. Ceuallos comm.
 contra comm. qu. 415. & 578. num. 10. Gutie-
 rez alleg. 10. & practicar. 1. qu. 3. Bursat. conf.
 16. vol. 1. Dueñas reg. 100. num. 16. Bellet. di-
 squisit. clerical. par. 1. §. 2. num. 1. 3. & seqq.
 Menchiac. de success. cre. par. 1. §. 21. num. 18.
 Hippolytus Riminald. conf. 2. Natta conf. 280.
 num. 33. & nu. fin. Garzia de benef. par. 2. c. 3.
 num. 15. Menoch. conf. 800. nu. 33. Paponius
 lib. 5. tit. 11. arresto 15. & 19. Sanchez lib. 2.
 conf. 4. dub. 55. & in hoc Ducatu Mediolanū
 anno 1624. fuit concessa contributio à S. D.
 Nostro Pontifice Vrbano, quæ malo nostro fato

exe-

executioni non fuit missa, sed speramus Summum Antistitem non permissum, vt eius beneficium, & gratia inefficax, & illusoria sit intenta praecipue bellorum illuie.

122 Innocentius in dicto c. non minus num. fin. scripsit: pro necessitatibus, miserabilibus personis, & pro Principibus, aduentu, vel nascientibus eorum, teneri Ecclesiam, argumento tex. in c. cum Apostolis de censibus, & de aduentu Principis, late Remigius de caritat. subsid. qu. 57. & seqq. & generaliter onera extraordinaria, quæ respiciunt pietatem subire Ecclesiam, tenet num. 5. Cardinalis Zabarella qu. 8. Ancharanus num. 5. Paponius lib. 5. tit. 1. arresto 19. vbi dieit a num. 1595. in Ciuitate Trecensi in Henrici IV. ingressu sic seruatum fuisse.

123 Magna etiam necessitas, vel utilitas dicitur, quando hostes sunt vicini, & dubitaretur de statu Ciuitatis, vel quando fons, vel puteus, non posset esse usui, vel ex fluminis impetu temetur inundatio, vel agerum fractura, vel ad arcendam, vel curandam pestem, ut multis congestis, probat Carolus de Grassis de effect. clericatus effect. 3. num. 242. Bouadill. dict. lib. 2. c. 18. Philibertus Marchinus de peste par. 4. c. 4. Cynus in l. ad instrunction. C. de Episcopis, & Clericis, Colleg. Taurinen. cons. 3. inter feud. in n. 4.

Exemplū huius necessitatis iustificātis tributū expressit, & D. Thomas opusc. 21. ad Ducissā Brabantiae in vers. sexto quærebatis, ibi : similis ratio esse viderur, si aliquis casus emergat de nouo, in quo oporteat plura expendere pro vilitate communi, vel pro honesto statu Principis conseruando, ad quæ non sufficiunt redditus proprij, vel exactiones consuetæ, puta se hostes terrā inuadant, vel aliquis similis casus emergat, tūc enim, (¶) præter solitas exactiones possunt licet terrarum Principes à suis subditiis aliqua exigere pro vilitate communi, cui omnes seruire debere, Cicero 2. offic. asserit Petr. Gregor. Tolosanus lib. 3. de Repub. 126. c. 7. num. 47. ibi: ad vilitatem personarum Ecclesiasticarum puta ad communem defensionem patriæ, vel eius conseruationem, ad Ciuitatem communem reficiendam, vel similia.

Si ad ornatum, pulchritudinem, vel pompam quid fit, non pertinet ad prædicamentum necessitatis, nec vtilitatis, sed voluptatis, & ideo non 124 tenetur Ecclesia, Io. de Ananias in dict. c. non minus nu. 10. Carolus de Grassis de effect. clericat. eff. 3. num. 235. Sanchez. lib. 2. cons. 4. dub. 55. num. 15. Hæc quoad necessaria, vel vtilia (de quibus integrum posset volumen impleri) attigisse sufficiat.

125 Quoad necessitatem vero questio facti est,

- an onera laicorum absorbeant redditus, quæ
procul dubio magna esse suo tempore afferuit,
 126 Natta conf. 280. num. 6. necessitas est, quando
laicorum non suppetunt facultates, c. non mi-
nus, c. aduersus de imm. Eccl. Bellamera cōf. 45.
Consules Ricciard. in quodlibetis 2. qu. 30. art.
4. Riminal. conf. 2. nu. 27. Carolus de Grassis
de eff. clericat. eff. 3. nu. 227. & 244. 245. Natta
vbi proximè, Remigius de Goni de carit. subl.
 127 qu. 57. & seqq. qui aiunt inspici debere fructus
non rei valorem, quia non debet vendi proprie-
tas, Bart. in l. penult. de aliment. & cibar. lega-
tis per l. Imperator ad S. C. Trebell. vbi idem
Bart. collecta ratione fructuum imponitur, &
est onus fructuum, l. quæro, ff. de vñfruct. leg.
l. neque de impens. in rebus dot. l. hactenus in
principio de vñfruct. l. fructus, C. de actionibus
emp. super quo causa præiudicata videtur Me-
 128 diolani ab anno 1622. & 1624. quo tempore
Sum. Pont. Gregorius XV. & Beatissimus D.
Noster Urbanus ærarij Regij, nec laicorum Du-
catus Mediolanensis facultates suppetere ad
expensas munitionis aliquorum oppidorum co-
gnouere, ut ex præallegata cōcessione in 2. par.
nu. 90. patet, à quibus temporibus ardua sēpe
bella mari, & terra propulsauit Regia Catho-
 129 lica Maiestas, Germaniæ contra Suecum, & Hę-
reticos

- reticoseius confederatos, & fautores, quos indicat Bisazon in historia fol. mihi 76. anno 1633. Gualdus, & Petrus Poma in historicis saggis, Alexander de Noris lib. 3. belli Germanici, Cardinalis Bétiuolius lib. 1. relationu. c. 6. pag. fin. & lib. 3. c. 4. per totum ingenti auri, & argenti pondo ad Imperatorem missō: aduersus Batauos, Turcas, Saracenos, & Gallos prædam vbique terrarū rabide quærentes in utroque Oceano, & Mediterraneo, Flandriæ, Burgundiæ, Hispaniæ, Holsatiæ, Insubriæ, quo tempore, & male suada fames, & dira lues hunc Mediolanensem Ducatum bello sociate affixere, quibus malis vt occurreret Pijssimus Rex regale patrimonium alienauit, & pignorauit, subditis noua tributa indixit, quæ necessitatem fatis super que probant, ad tradita per Baldum, & Castrensem in l. neminem, C. de sacros. Ecclesijs, Ceuallos comm. contra comm. quæst. 578. num. 16. & 17. Michael Mauclerus de Monarchia par. 3. lib. 2. c. 10. quod confirmat Anastasius Augustus ad Macronianum Propræsidem rescribendo in l. 2. C. vt nemini liceat in empatione specierum se excusare, ibi: *Barbarorum incursionibus colonijs auriiis, nec sufficienre specierum collatione ad aleandos milites, in ea consistentes, quod omnium maxime interest, & Iustinianus in nouella*

nohella 163. de relevatione tributorum, ibi :
 scimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum
 exitia ad tantam inopiam possessiones redigisse, vt
 neque redditus suis possint producere possessoribus,
 neque satis idonee publica inferre tributa, atq; hec
 militari, & alio necessario sumptu imminente, ve-
 bementerq; nos impellent, dum multis undeque
 bellis alluvimur, vt crebriores pecuniarum collationes
 faciamus, inde adeo non semel curas in eam rem
 impendimus, quam in ratione fieri possit, vt & ne-
 cessari faceremus satis, & subditorum ægestati
 afferremus remedium. Quibus addi possunt Cic.
 offic.2. Tacit. hist.lib.4. idem Iustinian. in auth,
 vt iudices sine quoquo suffragio c. 10. & in
 auth. de Prouinciar. Præsidibus c. 2.

133 Et eo peruentum est, vt gratuitæ largitiones,
 vacationes, & immunitates, quibus varijs ex
 causis subditi fruebantur reuocatæ sint ab anno
 1635. ad tradita per Dianam par. 1. tract. 3. de
 Parlamento, resolut. 14. qui allegat Valenzue-
 lam, & Apontem, & patrimonia publica Ciui-
 tatum, & Communitatum distracta, & priuati
 vniuscuiusq; non solum res, sed & personæ nexæ
 ob æs alienum sub spe pacis ad sustinendos im-
 petus hostium contractum, quæ in quo discrimine
 versetur Reipublicæ status, satis superq;
 suadent, nam vt docet Tacitus 4. hist. dissoluic-
 nem

*nem Imperij docē, si fructus, quibus Resp. sustine-
tur, diminuantur; & tandem post perpeccia mala
septennalis belli continui hoc anno 1642. à
Gallis, & Pedemontanis, vastatæ sunt Prouinciæ
Nouariensis, Alexandrina, Ticinensis, Trā-
spadana, Derthonensis, capta Vrbe, & Arce,
bello iniusto, nam tale esse ait Augustinus lib.*

134 *22. ad Faustum, quod cupidine dominandi aliena suscipitur, ibi: nocendi cupiditas vlciscendi
crudelitas impacatus, atq; implacabilis animus;
feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia.
Hec sunt quæ in bellis iure culpantur, c. quid
culpatur 23. qu. 1. Bocero lib. 1. de bello c. 4.
Florimandunus 3. acie politica de Principe lib.
5. c. 3. Stephanus Inglosiano in suo aparatu bellico
axiomate 11. fo. 10. Menoch. lib. 3. instit.
polit. c. 10. nu. 4. Præsentia enim bella à Gal-
lis orbi Catholicō in dicta fœlicia sustinent sce-
lera.*

135 *E contrario Rex Hispaniarum Catholicus,
& Pius pro defensione, & recuperatione rerum
suarum iniuria occupatarum, pro aris, & focis
pugnat, quam vlla iustior pugnandi causa, c. 1.
c. dominus noster 23. qu. 2. c. fortitudo 23. qu.
4. c. 1. hic finit lex, c. dilecto de sent. excom.
lib. 6. Aristoteles Rethor. ad Alex. c. 37. Diuus
Thomas 22. qu. 40. art. 1. Couaru. Reg. peccat.*

S. 9. num. 3. & 4. & S. 10. num. 4. Petrus Greg.
de Repub. lib. 11.c.1. Ayala de iur. bellilib. 1.
c. 2. num. 11. Elias Rusnerus in thesauro belli-
co lib. 1. Paulus Busseus 3. de Repub. c. 1. & 3.
num. 1. Bocerius de bello c. 4. num. 10.

- 136 Ex quibus manifestè impotentia detegitur,
quæ nulla potest tergiuersatione celari, quia
evidens, cum oppido valde videatur, ut in si-
mili discussione fundat, Remigius de Goni de
charitatuo subsidio qu. 10. à num. 2. vsq; ad fin.
& redditus nec ærarij, nec populi sufficere, &
ideò teneri Ecclesiasticos publicam necessita-
tem subleuare, cum aliter præsentि, & vrgenti
hosti occurri non valeat, suadent Zabarella in
clem. 1. de censib. additio ad Abb. in c. cum
Apostolus de censibus in fine, Alciatus conf.
161. nu. 12. vbi ex hac ratione arguit subsidium
petitum à Pontifice Duci Ferrariae. Franciscus
Marchi. qu. 472. num. 4. & 1025. nu. 6. Gui-
dopap. qu. 551. in fine, Soc. iun. cons. 98. a. n. 10.
lib. 3. Rolan. à Valle conf. 1. à n. 67. lib. 2. Boer.
qu. 134. nu. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. c. 178.
à num. 13. Bellet. disquis. clerical. par. 1. S. 2.
nu. 8. Grassis de effectib. clericat. effect, 3. nu.
219. & 227. & 244.
- 137 Et necessitatem quasi extremam sufficere, te-
net Thesaur. de pœnis Ecclesiasticis par. 2. ver-
bo

bo Immunitas, c. 3. ver. *limita*, & extremam di-
ci, quando probabiliter imminet periculum
pereundi, ni subuentiantur D. Thomas 22. qu.
32. art. 5. in corpore, & qu. 66. art. 7. & quod-
libet. 5. art. 16. Couaru. in reg. peccatum 2. par.
§. 1. nu. 3. ver. *necessitas autem*. Vasquez. tract.
de elemosina c. 1. dub. 3.

138 Et verba illa canonum, quando laicorum non
suppetunt facultates, non debent accipi, nec
ampliari ad facultates singulorum Ciuium, sed
de communibus Reipublicæ intelligendæ sunt,
Narbona 3. par. recop. lib. 4. l. 57. glos. vnica
nu. 21. Pater Suarez. aduersus Regem Angliæ
lib. 4. c. 25. num. 19. licet Diana tom. 1. resol.
moral. tract. 2. c. 133. sequutus Megallam par. 2.
qu. 6. lib. 2. c. 17. num. 123. dicat tunc facul-
tates laicorum non sufficere, quando considé-
rata proportione inter necessitatem, vel utili-
tatem, pro qua gabella imponitur facultates ad
soluendam gabellam non sufficiunt, nisi ciues
cogantur, se his priuare, quæ quotannis eis ne-
cessaria sunt ad viuendum secundū conuehien-
tiā sui status: & idem Diana asperitatem, seu
inequalitatem huius sententię sentiens conclu-
dit: secundum eam difficiliter occurrere posse
casum subuentiōnis, nam ex hoc, quod vñus, vel
alter ciuium, vel plures facultatibus affuerent,
non

non minus verum esset Rempublicam laborare,
egere, & periclitari, hæc enim necessitas non
phisice, sed moraliter accipi debet, necessita-

- 139 tem compellere, iunc asserunt infra allegandi,
quando causa, æque principaliter, & immedia-
tè Ecclesiasticos respiciat (ut sunt quæ supra
recensuimus, & Iustinianus aperit nouela 149.
Authen. vt Dei amantissimi Episcopi, c. 2. ibid.
Impossible enim est, ut sacris tributis non illatis
alioqui Respublica conseruetur militares, namq; co-
pie, assignatio sibi salario inde percepto, hostibus re-
fistunt, et collatores à barbarorum incursionibus, et
irucentia vindicant, denique agros, aq; Ciuita-
tes excubij à latronibus defendunt, vbi: tributa sa-
cra appellantur Ecclesiarū collationes, vt in c.
3. ibidē in quibus casibus grauissimi DD. supra
allegati, & in 2. par. Ecclesiastice potestatis nō
requiri assensum statuunt) Bonacina ad Bull.
cœn. disp. 1. qu. 19. punto 3. §. 4. nu. 16. versic.
Secunda est; Carolus de Grassis de eff. clericat.
eff. 3. num. 243. qui alios allegant: de quo non
disputamus, quia superfluum est in præsenti fa-
cti specie, & quia satis plura in prima parte, &
sequentibus diximus, in quibus, & bona, &
personas, & templo, & societatem ciuilem, &
tandem Rempublicam in præsenti discrimine
140 versari indicauimus, nunc expressius addimus,

& Religionem Catholicam, & Italiz totius libertatem: Gallos Hæreticorum socios fœderatosq; esse ad offensam Catholicorum, Galliam Vgonotos, Iconistas, Caluinianos, & aliam sordem sectariorum insinu fouere **Gallos Hæretorum fanaticos, ubique gentium habesi Gallicis arbitriam esse Religionem Catholicam ob libertatem conscientiae noctius est, quam ut probare necesse sit, eosdemq; sacrilega, & hæreticalia tela simul cum armis laculare insito gentis vicio, luculento exemplo docet Iustinus, cui in numera adiungi possent, quamobrem Romani, qui lege lata sacerdotibus militiae vacationes permiserant excepere: nisi denuò Gallicum bellum ingrueret.** Plutarcus in vita Marcelli, paulò post principium, Appianus lib. 2. de bellis ciuilibus, quasi hoc bellam propriè ad sacerdotes spectaret **contra curia sacrilega,** nam ij Dijs proximi habentur, per quos Deorū Maiestas vindicatur. Hugo Crocius de iure belli, & pacis lib. 2. c. 15. num. 12. ait. **(um omnes Christiani) nius corporis membra sint, quæ iuuentur aliorum dolores, & mala præsentire, sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos, quo ad populi sunt, & ad Reges, qua Reges sunt pertinere, neque enim pro se quisquam tantum, sed & pro mandata potestate scriuire Christo debet: hoc autem præstare Reges,**

*Reges, & populi non possunt graffanie armis botte
impio, nisi alij alij auxilio sint. Cur et quæ Hæ-
retici inter se se mutuo sibi præstant auxilia ad
euertendam religionem, & bellum impium su-
stinentum? nos a socijs Catholicis, & Ecclesiasti-
sticis non speremus, & obtinebimus, hæc enim
elemosina non vnius, alteriusuè mendici homi-
nis inopiam subleuat, sed integrum Rempu-
blicam sartam teatam seruat, cuius salus supre-
ma lex habetur.*

- 141 *Quoad Italæ libertatem, certum est, quod
hæc in nostros fabricata est machina muros,
nam Galli, Dominatum Italæ non libertatem
querunt, quem facillimè assequentur superato
Ducatu Mediolani, qui omnium, & singulorum
Principum Italæ validissimum propugnacu-
lum habetur, & tranquilitatis publicæ funda-
mentum, contra Gallos pacis turbatores, ut
expressit Otho VI. Imperator in Constitutione,
quæ incipit: si Rex Francorum non esset, iuti ab ho-
stibus in toto orbe effemus, quod nobilis, auctor
Paruta lib. 1. historiæ Venetæ afferuit his, quæ
sequuntur verbis: Percioche la natione France,
origine d'iuue le passate calamità, era già stata cac-
ciata d'halia, & impostoli à Moysi per termine del
suo Impero, & insieme con essa estimauasi d'hauer
gettata fuor la sotiva d'ogni nostro male &c. & ideò*
- 142 *P 2 iure-*

iuremeritò ad memoriam reuocandum est illud,
 Liuij lib. 7. & ubi cōfragassent Sedicini ad nos tra-
 iectorum illud incendium esse, quia accessione vi-
 rium validiores, domitis proximis ad alios trā-
 fibunt, & proxima queque victoria instrumentum
 sequentis erit, reuocantur Italiae clades, &
 auersanda pericula, quoties Galli reuocantur,
 quos tam longe ab esse Romani voluere, ut Ci-
 uitate Romana donari prohibuerint. Cicero
 inorat pro Cornelio Balbo, Tacit. lib. 11. Ana-
 lium, Renatus Coppinus de Domanio lib. 1. c.
 11. nu. 33. quod Paruta dicit. lib. 1. testatur, ibi:
Della feroce natura, & costume de Francesi poterne
render testimonio tutta l'Italia, la quale crudelmen-
te nella guerra, & nella pace imperiosamente da loro
trattata, dimostrava quanto questa nazione fusse à
nemici, & à gli amici, quasi ugualmente graue,
& insopportabile, l'aprire un'altra volta la strada
à questa gente barbara, altro non esser i che riornare
l'Italia à molte miserie, & calamità, quæ itidem
asserit Paulus Iouius lib. 1. historiarum, & Mel-
chor Triuifianus in illa oratione, præ manibus
omnium Italiae Principum habenda, quam re-
fert Franciscus Guicciardinus lib. 4. historiæ, à
 143 *quibus, gentem nullum fidei vinculum retrahet, nam vt ait Vopiscus in Proculum: Francis*
familiarē eſt ridendo fidem frangere, eorum tan-
tam,

tam, & talem esse fidem post plura alia, dixit Ci-
 cero Orat. i i. pro Marco Fronteio, *vt ne cum*
infimo Cine Romano quisquam amplissimus Gallo-
rum comparandus sit. Et ut Breni sacrilegia re-
 tulimus sic, & falsitatem recensemus, de qua
 Liuius decade 1. lib. 5. post transactum bellum,
 & redemptam Romam mille pondo auri, inter
 Publium Sulpicium Tribunum militum, & Bre-
 num ait Liuius: *adiecta indignitas est pondera ab*
Gallis allata iniqua, & tribuno recusante additus
ab insolenti Gallo ponderi gladius. Et si aliquan-
 do datam fidem seruare videantur, eam non ser-
 uant, sed simulant, vt opportunius, & maiori
 cum lucro postea decipient, id antiqua suadent
 testimonia, & recentia demonstrant, Antonius
 Fonseca Carolo Octavo prorostris reimpro-
 brauit: *quod Carolus, qui aduersus Turcas bellum*
suscepisse eximia pietate videri velit, Romano Pon-
tifici vim intulisset, quem centum cellæ ipsaque Ostia
Gallicis presidijs tenerentur: Gemen quæ turcam mi-
nis extorium secum abducere: ipsumque Pontificem,
& Senatores armorum strepitum subegisset: Valen-
tinus, quæ interim Cardinalis capitulo, quam obsidi
similior castra sequi cogerecur: non ideo Ferdinandum
Perpiniano receptione cum eo fedus percuuisse, de-
tota passim Italia nobilissimarum Ciuitatum Status,
conurbari Gallica libidine pataretur: ac sinoret San-

crof sanctum Pontificem ad iniqua federa facienda,
 summi periculi metu armisque, ac ipsis propè mo-
 dum ad mortis bellicis tormentis cogi. Lucenses pri-
 mum pecunia fuisse mulctatos: Ad dioceos inde, qui
 moderacionis, atque splendoris fama singularem
 graianam cum magna gloria meruissent, parva atq;
 penatibus electos. Florentinos verò, quibus ipse li-
 bertatem restituisse wideretur detractis Pisis, mul-
 tisque eorum arcibus occupatis, & pecunia pariter
 mulctatos, & per granis inuolutos bello. Porro Se-
 nenses euerso Ciuitatis statu, Gallorumq; praefidio
 accepto, non tam sibi Gallorum aduentu violatam,
 quam impotenter adeptam libertatem queri, non
 procul quoque ab fuisse Vrbem Romam, quin iterum
 à Galis funditus euerterentur, quo cumulus territus
 Pontifex omnisque ordo in bellum sacerdotum de in-
 eunda fuga cogitarint. Ex Iouio 2. historiæ, &
 Guiciardin. lib. 10. histor. loquens de Leone
 Decimo Sum. Pont. ait, sdegnato oltre questo dell'
 insolenza di Lutrecb, & del Vescono di Tarua suo
 Ministro, i quali non ammettendo nello Stato di
 Artilano alcun commandamento, & prouisione Eccle-
 siastica, le dispregiavano con superbissime, & insol-
 entissime parole, deliberò congiungersi contro il Rè di
 Francia con Cesare, & idem refert Galeatus Ca-
 pella in commentarijs, & Paruta, qui ait, queste
 cose trauagliauano l' animo del Pontefice, perciò che

præuedeuā sopraſtare molii pericoli all' Italia della
 potenza de Fransesi, della quale non era minor in
 lui l' odio, che il timore. Et idem auctor eodem
 lib. 1. Venetam Rempublicam periculosisſi-
 mum bellū, quo nullū grauius vnquam experta
 fuit, subiſſe ait: *effendone autore Ludouico Rè di*
Francia, legato alla Republica per molii antichi, &
noui beneficj, nella cui amicitia pareua, che ella
molto confidarsi poteſſe. Hæc, & in numera-
 monumentis historicis seruata audimus, vide-
 musq; nunc Lotharingiæ Ducatum dolo ma-
 lo subreptum, Burgundiam contra expreſ-
 ſam foederis fidem vaſtatam, Pedemontium, &
 Sabaudiam ſubactos, Mantuanum ſolo titulo
 Ducem; rebelles Deo, vel Principibus ſub cli-
 entela Gallorum, videmusq; Gallo triumphante
 ouantem hæresim, trepidantem Italiam, ſan-
 guine madentem, Christianum orbem, & ca-
 dentem, quibus præſentaneis cladibus in tem-
 pore occurrentum eſt, nè querelæ infelici po-
 tius, quam remedio, ſi differatur, locus fiat, l. 1.
 C. quando liceat vnicuiq; l. 2. l. fin. in fin. C. in
 quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria
 non eſt, Italiam, admonet Græciæ exemplo ad-
 modum ſimili, teſte Iuſtino lib. 8. histor. vbi
 ait: *Gracia Ciuitates dum imperare singulae cupiunt*
imperium omnes perdidere quid singulae amiserint,
nonniſi

nōn nisi opprēsse senserunt. Mediolanum; & Mediolanenses ante omnes hac de causa interficiantur, quia eorū libidini, tamquā æneum antemurale obsistunt, libertatis Italix strenui vindictives, idē Galliē proscripti fuere, vsq; ad sēcula Philippī Pulchri notissimo illo editō: *de expellendis è Regno Galliae Iudeis, & Longobardis*, de quo histor. illorum temporum, & Copinus lib. de dom. & Bodin. qui testatur omnia Longobardorum fuisse confiscata. Ex quibus concluditur, quam immediate causa tangat, non solum Ecclesiasticos Mediolanensis Provinciæ, sed Italix, & Orbis Cristiani, ut in simili casu probat Gallia cons. 1. a num. 29.

Consideratione etiam dignum videtur, quod hæc publica necessitas alia plura minatur mala, quibus occurtere Princeps cogitur, nam ut ait Cassiodorus lib. 1. variar. epist. 19. *Indigentiam iuste fugimus, qui suaderet excessus, dum perniciose res est in imperante tenuitas, & sic nullum grauare cupimus, ita debita nobis perdere non debemus, hæc rustica cogit deferere exercitia, commercia rumpit, & natuum deferere solum compellit ob immoderata tributa, quæ grauiora populo diminuto fiunt, ut docet Christophorus Besold. de ærario c. 4. §. 12. num. 1. fol. mihi 61. Tacit. eleg. in annalibus, binc ira, & questus, & postquam*

quam non subveniatur remedium ex bello, & quod boni omnes execrari debeni negata Principi pre maiorum acerbitate reverentia, & obsequium desperatione remotum.

146 Cognitio status necessitatis, Episcopi arbitrio committitur, qui tamen aliquid conferre non debet, nisi consulto Romano Pontifice, gl. inc. non minus de immunitate Ecclesiar. verb. tam necessitatem per tex. ibi, & in c. aduersus eotitis, qui si perspiciat necessitatis, vel utilitatis casum peruenisse tenetur, vna cum Ecclesiasticis ad contributionem. Sanchez. dict. cons. 4. dub. 55. in num. 13. lib. 2. Cacheran. dec. 68. num. 18. Remigius de Goni de carit. subsid. qu. 14. num. 2. Carolus de Grassis de effect. clericat. eff. 3. num. 220. & in simili casu, Menoch. de arbitrar. lib. 2. c. 178. num. 2. Petrus Bellinus de re milit. 6. par. lib. 2. num. 8. 10. & 11. vbi dicit Ecclesiasticos faciles se præbere debeare collationi, cum vere subest causa, ne possit eis obijci, quod Imperator Philosopho immunitatem a collectis petenti in l. professio, C. de muneribus patrim. lib. 10. ibi: professio, & desiderium tuum inter se discrepant, nam cum philosophum te esse proponas vinceris avaritiæ rapacitate, Lucas de Pena in l. fin. ad finem, vers. honestè igitur facerent clerici, C. de exactoribus tribu-

147 tor.
Q

tor. lib. 10. videndus Baron. lib. 12. anno 1156.
ante finem, vers. *meminime inquit*, & id docuit
Diuus Iustin. Martyr, qui in apologia ad Antonium Pium, ait: *Dectigalia, & collationes eis,*
qui à vobis sunt ordinati, ex actoribus pro omnibus
vbiique inferre consendimus, quemadmodum sumus
à Deo instituti.

148 Sed cum hæc prouincia sit temporalis, & propriè spectet ad potestatē ciuilem, videtur, & ratione ministerij, cognitionis, & authoritatis ad Principem sacerdotalem pertinere, eique assentiē necessitatē vrgere, esse credendum, quia est Iustitiae vigor, Iudicium Iudex, qui a Deo gladium habet, & penes quem belli potestas residet, cuius cor in manu Dei est, Oldrad. conf. 258. Socin. conf. 164. lib. 2. Alex. conf. 216. nu. 1. lib. 2. Paris. conf. 1. nu. 41. lib. 1. Natta conf. 625. nu. 7. Roland. conf. 1. nu. 84. lib. 2. Laderchius conf. 145. nu. 2. Gallia conf. 2. nu. 10. Mastril. de Magistr. lib. 3. c. 4. nu. 51. Mascard. de probat. concl. 1223. nu. 6. Surd. conf. 110. num. 34. & seqq. lib. 2. Crauet. de antiqu. tempor. 3. par. 1. principalis num. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. nu. 31. Bonadill. 5. polit. c. 5. nu. 11. Ceuall. comm. contra comm. qu. 578. a num. 25. Rouitus in consult. post eius consilia nu. 1. lib. 1. Diana trac-

de

de parlamento resol. 11. Focanell de pact. nupt.
claus. 4. glos. 10. nu. 28. Couar. pri. pract. nu. 6.

- 149 Et non credens Principi in causa publica læderet eius reuerentiam, & existimationem, impicto non solum titulo mendacij, sed & furti, & tyrannidis, quia hæc omnia incurreret, si vellet absque legitima causa subditorum bona corraderet, ut ait D. Tho. pri. 2. qu. 100. *sacrilegij inflar est disputare, vel dubiare de iudicio principali,*
- 150 l. 3. C. de crim. sacrileg. Card. Thusc. lit. S. concl. 6. num. 8. Principem, dicit Aristot. 3. polit. 9. esse quasi Deum inter homines, & quemadmodum Deus est ipsa veritas, c. cum esses de testam. ita Princeps veritate, nō mendacio moueri præsumitur, ut considerat Menoch. lib. 2. præf. 10. num. 4. Bald. cons. 327. num. 10. lib. 1. & si iuris præsumptio fauet Iudici, c. in præsentia de renunciatione, quantò magis Principi, ut eius declarationi credatur, l. relegati de pœn. vbi scribentes glos. in c. si gratios de rescript. vers. a Rom. Pontifice, Guidopap. qu. 7. & qu. 177. ex quibus Principem iusta causa moueri præsumitur, licet de ea non appareat, Cynus in l. rescripta 3. & 4. quæst. C. de precibus Imper. offer. & in l. fin. C. si contra ius, vel utilitatem publ. Panorm. in c. cum in Eccles. num. 14. vbi & Felin. num. 60. de Const.
- 151

153 Et potestatis temporalis assertioni credendum esse, præter allegata probat, c. nobilissimus 97. dist. pri. Clem. vnica de probat. Bart. in l. ambitiosa num. 28. de decret. ab ord. faciendis, Natta conf. 438. num. 39. vol. 2.

154 Et in specie, quod Principi afferenti, se in necessitate constitutum, sit fides adhibenda, nisi euidenter contrarium appareat, tenent Isernia in c. pri. §. sed neq; alia num. 42. quæ sit prima causa feudi, & in c. pri. num. 12. & 13. hic finit, l. Corrad. Gloricius respons. pri. par. 3. nu. 13. Diana dict. resol. 11. & 12. tract. de parlam. Alex. conf. 216. vol. 2. Oldrad. conf. 258. Roland. a Valle conf. 7. num. 58. Ceuall. comm. contra comm. qu. 578. num. 25. & 26. faciunt scripta per Victoriam relect. pri. de potest. Eccl. sect. 6. num. 14. sed dubium est, si Papa dicere aliquam legem ciuilem tollendam, iamquam preiudicialem, et Princeps negaret, cui standum esset respondere, quod si Papa diceret, talem actum non expedire gubernationi temporali Reipub. non est audiendus, quia hoc iudicium non spectat ad eum, sed ad Principem, idem tenet Iacob. Menoch. tract. de iurisd. Eccl. lib. 2. c. 3. nu. 20. ibi: quid si Pontifex Max. contenderet, ob id compelli Clericos non posse conferre aliquid, hac pro refectione, vel ex ædificatione mœnium Ciniatis, quod non sit, vel necessarium, vel ville,

vitile, vel quod iusta non extet causa refectionis, vel edificationis, Princeps vero secularis contendat usilem necessariam esse, ac iustam causam subesse, cui magis adhibenda sit fides, crediderim (recliore iudicio, salvo semper, praesertim Sacros. Ecclesiæ Catholicæ) credendum magis esse Principi seculari, nam scribunt Franciscus à Victoria de potest. Eccl. relect. pri. qu. vlt. num. 14. & Lodouicus Molina tract. de iust. & iur. disp. 29. col. 223. vers. interrogabit aliquis. Quod si Sum. Pontifex iuberet Principi seculari reuocari legem aliquam, aut aliquid aliud in seculari regimine mutare, quod indicaret, id minime expedire, contra vero Princeps secularis expedire conienderet, credendum esse ipsi Principi, cum agatur de re, & negotio temporali pertinenti ad regimen temporale, & bonum Reipublicæ, & in quo appareat non versari periculum animarum, id quod est proprium Principis secularis, & si diuersum est, quando constat de imminenti periculo, & aeternæ salutis detrimento, cui prouidere spectat ad Sum. Pont. ipsum, & accedit, quod in casu nostro magna stat præsumptio, pro Principe seculari, quod scilicet dominum suum expedire, vel reficere, vel indecūdificare Cuiusvis mœnia, cum non sit verisimile eum velle prodigere suum, & illud populi, iuxta l. cum de indebito, ff. de probat. cum similibus, & multo minus verisimile est, quod voluerit indebitè grauari

Clericos

134

Clericos pro tornis contingenti portione, cum nemo, præsertim Princeps, præsumatur immemor salutis eternæ, l. vlt. C. ad l. lsl. rep. Ant. Faber. qui loquitur in præside Prouincie lib. 9. sui Codic. tit. 30. de muner. defin. 26. ibi: sed quamquam sacris canonibus ita cautum est, aliam tamen iure vii vos cogit temporum iniuria, sic constituto, ut plurimum rerum statu, ut nec adeundi Episcopi sparium detur, tantum abest, ut de Sum. Pontif. confundendo tractari possit, nec rursus Princeps ferè ullus est, qui non in suo territorio eam sibi potestatem, & auctoritatem longa, siue consuetudine, siue præscriptione acquisuerit, ut de his omnibus cognitio sit ipsius Principis, vel maiorum Magistratum, quibus causas à Principe, aut eius Vicario Generali curanda datur, non Episcoporum, quos laici suspiciuntur numquā in ea rem consensuros esse, nihilq; nō factures in Cleri sui exoneracionem non sine magno laicorum malo.

155 Et quando notoriè constat de necessitate nō requiri probationes, nec discussionem etiam inter priuatos, Bart. in l. decem de verb. oblig. num. 6. Afflict. decis. 318. nu. 3. Capell. Tolos. decis. 196. Capic. decis. 54. Modern. de iurisd. eos allegans par. 4. c. pri. nu. fin. qui sic praticatum Pisis sub Pontificatu Clementis VIII. asserit, &c. 9. num. 24. in fine, Remigius de Gonide carit. subsid. qu. 10.

156 Po-

- 156 Potestas civilis quando possit compellere Ecclesiasticos.
- 157 Laici de facto possunt diripere bona non conferentium.
- 158 c. 8. Regum 1. interpretatur.
- 159 Alienis rebus in subsidium nulli licere.
- 160 Religiosus sine assensu Prelati, quando possit murare Religionem.
- 161 Assensum sine iusta causa negans, peccat mortaliter.
- 162 Mulier sine consensu agnatorum, quando contrahere possit.
- 163 Privilium abutendo amittitur.
- 164 Seculares iudices, quando licite delinquentes à sacris extrahantur.
- 165 Secularis negligencie ordinario requisito, possit capere Ecclesiasticum.
- 166 Episcopus est iudex regularis negligente Prelato.
- 167 Seculares renitentes armatos à sacris annullere possunt.
- 168 Secularis possit exequi penas negligente ordinario Ecclesiastico.
- 169 Episcopo iniuste recusante, Abbates supplent.
- 170 Clericus requisitus non reassumens habitum amittit privalium.
- 171 Prelatus iniuste denegando facultatem, non possit

136

- potest impedire ius competens religioso.
- 172 Sanctae Sedi pacienter obediendum.
- 173 Ius redditur, & si iniqua decernantur.
- 174 Vile Riepublice rectum.
- 175 Pontificem presumunt iustis postulationibus non denegaturum assensum.
- 176 Obligatio producta non alteratur diffensu unius partis.
- 177 Debitor non potest diffensu non debere.
- 178 Princeps non potest a se abdicare vincula Principatus.
- 179 Deum tenet negligens.
- 180 Ecclesiastici iure suo Rem publicam priuare non possunt.
- 181 Potestas temporalis est sibi sufficiens.
- 182 Ecclesiastici subsidia iusta negantes peccanti.
- 183 Ecclesiastici resarcire tenentur damna ob suam consummatam passa.
- 184 Appellatio non datur in notorijs.
- 185 Appellatio non datur imminente periculo.
- 186 Militaris licentia cessante stipendio graffatur.



Ad

Ad quintum, in quo quæritur, quid
agendum, si Ecclesiastici denegent
facultatem humiliter petitam,
vel differant.

156



I consulta potestas Ecclesiastica li-
centiam iniuste denegauerit, vel
distulerit Princeps sacerdotalis po-
test iure suo uti, & Ecclesiasticos
sine scandalo ad solutionem iusti-
tributi compellere, ex concordi DD. Theolo-
gorum, & Iurisperitorum consensu, Henric. de
Gandauo quodlibet. 9. qu. 31. Molin. de iust. &
jur. tom. 3. tract. 2. disp. 667. à num. 1. Suarez.
lib. 4. aduersus Regem Angliae c. 34. num. 6. &
à nu. 30. Henriquez in sum. lib. 10. c. 25. nu. 5.
Sanchez. lib. 2. cons. 4. dub. 55. nu. 33. Mario
Alterio de censuris disp. 19. lib. 5. c. 1. Bonacina
in Bulla cœn. Dom. disp. 1. qu. 19. punto 3. S.
3. à nu. 15 vers. hæc tamen, & vers. ex quo pa-
tet, & seqq. qui communem, dicit Dian. resol.
moral. tract. 2. resol. 39. & resol. 132. 133. scri-
bentes in dict. c. non minus, Abb. vers. aut ne-
cessitas, & c. aduersus de immunit. Eccles. Guili-
elm. Benedictus in c. Rainucius, verb. & vxo-
rem, decis. 5. nu. 470. de testam. Rebuff. 1. tom.

R

Const.

Const. Franciae tit. de sententijs prouisional.
glos. 6. num. 6, & 7. Mexia in prag. taxa panis,
concl. 5. num. 64. Auiles in c. 23. Prætorum,
glos. Denorden. num. 11. Bursat. conf. 16. nu.
76. lib. 1. Natta conf. 280. nu. fin. Octau. Ca-
cheran. decis. 68. à nu. 21. & seqq. vsq; ad final.
Præses Nicolaus Balbus in cons. post dict. de-
cisionem num. 34. & seqq. & 39. 40. & 41. vbi

157 dicit laicos in conscientia teneri ad execu-
tionem, & eis licete renitentium bona de facto di-
cipere, nouissimè Cespedes casus consc. militar.
dub. 21. vers. respondeo, nundum euulgatus;
Antonius Faber. in suo Codice lib. 9. tit. 3. de
muner. diffi. 26. Papon. arresto 15. tit. 11. lib. 5.
Bouadill. 2. polit. c. 18. à num. 316. & 323. Pe-
trus Cenedo in collect. ad decret. c. 153. nu. 3.

sol. mihi 45 2. Ceuall. comm. contra comm. qu.
578. à nu. 2. & Nicolaus de Lyra in c. 8. primi
Regum, ait ius illud Regis ibi descriptum obti-
nere tempore necessitatis, quando causa publi-

159 ca vertitur, & iure diuino Regi hanc auctorita-
tem competere: adde allegata num. 29. Plato,
& Socrates aquam ex vicini puto hauriri per-
misere, si quis in suo adcretam, vsque effoderit
